¶Cōstrue.O nox.id est o dyabole.o tenebre.id est peccata.ꝫ nubila.id est discordia hereticorum.et turbida mūdi.id est turbationes et seditiones.confusa.id est permixta.discedite.id est recedite:quia sicut nox diem/et sicut columba accipitrē fugit.sic peccatum iusticiam/ꝫ dyabolus christum fugit.Recedite inquam ꝫ operamini:quia lux.id est christus.intrat scilicet mentes fidelium.polus.id est corpus albescit.id est nitescit scilicet bonis operibus.et sic bene sancte viuendo christus intrat corda nostra.

Caligo terre scinditur/percussa solis radio/rebusqꝫ tam calor redit vultu nitenti syderis.

¶Construe.Caligo terre.id est obscuritas nostra vel secretum hereticorum scinditur.i.diuiditur.et hoc dico percussa radio solis.id est diuino verbo.et calor.id est vigor spiritussancti.qui scilicet recessit propter presentiam tenebrarum tam redit.id est reuersus est.rebus.id est corporibus et animabus nostris vultu:nitenti syderis.id est splendore spiritussancti qui est verus sol.

¶Alceſi.Legendum est color nō calor redit.iuxta virgilianum.Et rebus nox abstulit atra colorem noctu enim non est discretio colorum:sed omnia videntur sub nigra/orta autem luce redit color rebus.

Te christo solum nouimus te mente pura et simplici flendo ꝫ canendo quesumus intende nostris sensibus

¶Construe.O christe nouimus te solum scilicet redemptorem:et illuminatorem ergo te et non alium pura mente et simplici.id est sine hypocrisi quesumus flendo scilicet peccata nostra.et canendo.id est laudando te de beneficijs tuis.intende.id est prebe assensum.nostris sensibus.id est intentionibus.

Sunt multa fulcis illata que luce purgentur tua tu

lux eoi syderis: vultu sereno illumina.

¶ Construe. Multa. id est multe virtutes sunt illata nobis. id est iuncta vel vincta fuscis. id est nigris coloribus. Fuscus color dicitur falsus color qui mixtus inter alios colores obfuscat nos. que supple mala purgentur. tua luce. id est tuo splendore (bene dico) tua luce. quia tu christe es lux eoi syderis. id est orientalis scilicet patris. et ideo nois illumina. sereno vultu. id est claritate spiritus sancti.

Celi deus sanctissime / qui lucidum cẽtrum poli
candore pingis igneo / auge decoro lumine.

¶ Materia huius hymni est laus quam consona voce scilicet corde et opere tenemur deo persoluere. quia ad vtilitatem nostram omnia produxit scilicet celum ⁊ terram: et multa alia. Nam primo fecit celum et terram / postea mare / deinde solem et lunam. ⁊ cetera. Rogamus ergo vt ad brauium siue remunerationis omnes (dimittendo peccata) nos ad sui amoris gratiam faciat peruenire.

¶ Construe. O sanctissime deus celi. qui pingis. id est decoras lucidum poli centrum. id est spacium vel punctum poli / seu zodiacum per quem signa decurrunt. Item zodias animal interpretatur. Centrum vero est medietas sphere. Sed hic ponit centrum pro toto celo igneo. candore. id est splendore augens decoro lumine. scilicet pictura planetarum et diuersarum stellarum.

Quarta die qui flammeam solis rotam constituens
lune ministrans ordinem vagos recursus syderum.

¶ Construe. Supple tu qui es constituens rotã solis flammeam. id est ardentem quarto die. ¶ Notandum q̃ per quattuor dies mundus sine sole permansit. quia prima die facta est angelica creatura. Secunda die factum est celum et aer. Tertia die facta est terra et aqua. Quarta die factus est sol ⁊ luna. Quinta autem die facti sunt pisces et aues. Sexta vero die facta sunt animalia ⁊ homines. Et tu supple es ministrans. id est tribuens ordinem lune et vagos syderum recursus. id est varios cursus: quia stelle non semper currunt eodem cursu. Uel dicitur quantum ad planetas: nam planetarum vagus est cursus. quia alius est cursus solis / alius lune / alius syderum.

Ut noctibus vel lumini / direptionis terminum primordijs et mensium signum daret notissimum.

¶ Construe. (Et quare facit deus predicta). Ut luna daret terminum direptionis id est separationis seu diuisionis noctibus vel lumini. id est dici vt daret notissimũ id est certissimum signum primordijs. id est principijs mensium: quia mensis habet triginta dies parum plus vel minus. ⁊c.

Illumina cor hominum absterge sordes mẽtium reis
solue culpis vinculum euerte moles criminum.

¶ Construe. (Et quia tu fecisti hec omnia.) Illumina cor hominum / et absterge. id est munda. sordes. id est prauas cogitationes mentium nostrarum: et solue vinculum culpis. id est peccatis. et euerte moles criminum. id est magnitudines peccatorum.

Precatra rerum contegit / terre calores omnium / nos confitentes poscimus / te iuste iudex
cordium.

16124

¶ Materia huius hymni est rogare deum vt ipse caliginem mentis et corporis a nobis expellat. Rogamus etiam in hoc hymno clementiam dei omnipotentis vt nos defendat ab antiquo hoste. scilicet dyabolo et expellat intrinsecam obscuritatem mentis et corporis et vt dignetur nobis sui luminis claritatem concedere/seruando nos mundos ab omnibus peccatis.

¶ Construe. Atra nox. id est dyabolus vel peccatum/contegit. id est obtenebrat colores. id est illuminationes omnium rerum terre. Nam ob hoc non necesse est nec etiam vtile sibi morari vbi scimus q̄ noctis obscuritas omnia contegit colores herbarum et ceterarū rerum in suis profundis tenebris obducat et sepelit. Sed cū hoc q̄ nunc lucem syderis habeamus in mente: q̄ hoc in medijs noctibus. id est cū mundus sedet in tenebris. et plus crescunt incendia carnis tunc surgamus confitentes deum. scilicet iudicem cordium nostrorum. Rogamus ergo iudicem vt auferat a nobis caliginem peccatorum et det nobis sue gratie dulcedinē: et ideo nos tibi confitentes peccata nostra/poscimus et. i. desit rogamus ea que sunt in te. scilicet misericordiam.

Tu auferas piacula sordesq̄ mentis abluas donesq̄ christe gratiam vt arceantur crimina.

¶ Construe. O iuste iudex cordium. id est animarum nostrarū. auferas. id est deleas piacula. id est grauia peccata. et abluas. i. purges. sordes. i. suggestiones dyaboli eas que pungit nos/q̄s pro et. o christi dones. i. tribuas gratiam spiritussancti (ad quid) vt crimina. i. peccata/arceantur. i. expellantur a nobis.

Mens ecce torpet impia/quam culpa mordet noxia/obscura gestit tollere/et te redemptor querere.

¶ Construe. Dico q̄ expellantur crimina et quare) q̄ ecce impia mens. i. ala peccatrix torquet. i. pigrescit. quā sez mentē. culpa noxia. i. mala/mordet. i. pungit. et mens gestit. i. cupit. tollere. i. depellere a se: obscura. id est peccata. et gestit. i. cupit querere te scilicet christum. o redemptor. i. o saluator.

Repelle tu caliginem intrinsecus q̄ maxime vt in beato gaudeat se collocari lumine.

¶ Construe. Et quia mēs gestit te querere. tu repelle. i. remoue. intrinsecus. id est ex anima caliginē. i. cecitatē peccatorū. q̄ maxime. i. precipue: vt ipsa mēs gaudeat se collocari. beato lumine. in. eterna beatitudine. i. in regno celorum.

Lux ecce surgit aurea pallens fatiscat cecitas que nosmetipsos in preceps/diu erroze traxit deuio.

¶ Iste hymnus continetur in superiori hymno. sed intentio versus est. ne sez occulti peccati. hic ponitur anapestus pro spondeo/q̄ spondeus sēo loco p iambo. Nox vsq̄ modo texit colores terre: sed modo discedit (quia ecce) lux aurea. i. euāgelica predicatio surgit in corda nostra. et ideo omnis cecitas. pallens. i. dyabolus. fatiscat. id est euanescat. que cecitas traxit. id est duxit nosmetipsos. in preceps. i. i ruinam vel precipitium. diu. id est multum deuio errore.

Hec lux serenum conferat puroq̄ nos prestet sibi: nichil loquamur subdolum voluamus obscurum nichil.

¶ Dixit q̄ lux surrexit ideo. ¶ Construe. hec lux conferat. i. donet nobis serenum id est virtutem spiritussancti et prestet nos puros. id est mūdos ab omni peccato sibi. i. id est ad honorem suum. et hoc sic loquamur nichil subdolum. i. deceptorii et nichil voluamus obscurum. id est nullum cogitemus peccatum.

Sic tota decurrat dies/nec lingua mendax/nec manus oculi nec peccēt lubrici nec noxa corpus inquinet

¶ Construe. Tota dies.i.totum tempus vite nostre decurrat sic.scilicet nō loquē do subdolum/nec lingua mendax sit.i.non dicat falsum/nec manus peccent.i.nō faciant aliquid mali:nec oculi lubrici peccent scilicet videndo illicita/nec noxa.id est culpa corruptionis inquinet vel polluat corpus scilicet nostrum.

Speculator astat desuper/qui nos diebus omnibus/actusqꝫ nostros prospicit/a luce vsqꝫ ad vesperum.

¶ Construe. Et nolite peccare:quia speculator.id est dominus.astat.id est prospi cit nos desuper.id est de celo.omnibus diebus.id est quotidie/qꝫ pro et/et prospi cit.id est a longe videt/nostros actus.id est nostra opera/a luce prima.id est a nati uitate:et vsqꝫ ad vesperum.id est in finem vite nostre.

Magne deus potētie qui ex aquis ortum genus patrē remittis gurgiti partim leuas in aera.

¶ In hoc hymno continetur opus quod deus fecit in quinto die. quia tunc creā uit pisces et aues:ex.|qua et ipsorum que ex aqua fecit misit partem gurgiti.i.ma ri scilicet pisces/et partem leuauit in aera.scilicet aues. Creauit quoqꝫ cete gran dia/benedixitqꝫ eis dicēs. Crescite et multiplicamini ⁊ replete aquas maris.auesqꝫ multiplicentur super terram:et sic pisces et aues orti sunt ex aqua. sed qꝫ aues non comeduntur omni tempore sicut pisces quod ideo fit. quia aues per coitum generantur sicut ⁊ nos:quod non est in piscibus.vel quia aues sunt callidiores na ture q̄ pisces. Intendit etiam autor rogare deum vt nos qui sumus abluti et mū dati in sacro baptismate ab originali crimine: sic seruet nos vt nesciamus lapsus criminum.et vt dyabolus nō deprimat nos per criminalia peccata.

¶ Construe. O deus magne potentie.id est potestatus qui remittꝫ genus.i.pisces et aues genus dico ortū ex aquis baptismatis.partim gurgiti .id est mari.scilicet inferno:vt pisces.id est malos homines.leuas.id est subleuas partim in aera.i.in regnum celorum:vt aues.id est bonos homines. Quasi diceret sicut in aere aues collocasti ita in celo homines sanctos posuisti. Sunt qui hūc hymnum argutius interpretantur.dicuntqꝫ a beda aut alio quouis anglium visitare solito:in qua vel eius confinio dicuntur arbores esse ad littora maris quarum fructus in aquam de cidentes piscium capiunt naturam:in terra vero anium:qui ergo genus arum ex aquis/e quibus arbores nutriuntur.partim remittis gurgitis. id est in gurgitem maris(et est tapinosis)et leuas partim in aera.

Diuersa lymphis imprimens/subuecta collo irrogās vt stipe vna prodita diuersa capiant loca.

¶ Construe. O tu deus deprimens.id est submergens diuersa.i. deorsum mersa vt pisces.i.malos homines/lymphis.id est aquis infernalibus/ et irrogans.id est subleuans/subuecta.id est sursum vectra:vt aues.id est bonos homines/collo.i.ca pite prodita.id est orta/vna stirpe.id est vno baptismate renati/rapiant.id est ac cipiant/diuersa loca.id est distinctas mansiones scz aerē et aquam.id est vitā eter nam/vel damnationē eternā. Uel diuersa loca.id est diuersa habitacula in celo:qꝫ mansiones multe sunt in regno celoꝝ iuxta distinctos gradus beatorū:quia quili bet sanctorum hominum specialem habet locum vel gradum letitie in celo iuxta opera sua que fecit in hoc mundo ¶ Conformiter ad precedentia dicamus sic im primens lymphis.id est aquis diuersa.i.remittis gurgiti.cē.

Largire cunctis seruulis/quos mūdat vnda sanguinis/nesciat lapsus criminū/nec ferre mortis tedium

16124

¶ Construe. (Et tu qui omnia fecisti) largire. i. tribue/ cunctis seruulis. id est omnibus famulis tuis/ nescire. i. non sentire/ lapsus criminum. id est peccatorum que dimissa sunt in baptismo/ quos seruulos vnda. id est effusio sanguinis tui mundat. id est lauat a peccatis/ nec pro non et largire seruulos tuos non ferre. id est nō pati tedium mortis. id est penam dyaboli.

Vt culpa nullum deprimat/ nullum leuet iactantia/ elisa mens ne concidat elata mens ne corruat.

¶ Construe. (Ad hoc largire) vt culpa. i. praue pctō non deprimat. i. non aggrauet/ vel arguat vllum s. xp̄ianum: et iactantia. i. superbia de bonis non leuet. i. nō extollat vllum/ et mens. i. anima/ elisa. i. lesa a peccato/ non concidat. i. non incidat in desperationē/ nec pro vt et non ruens elisa. i. inflata per superbiā/ corruat. id est cadat sup. in eternam damnationē. ¶ Legitur elata aut leuata non eleuata: quia syllaba abundet rithmo.

Tu trinitas vnitas orbem potenter q̄ regis attende laudū cantica que excubantes psallim⁹

¶ In hoc hymno hortamur de somno surgere: et medelam vitiorū diligenter quere. Intendit etiā in hoc hymno ipsam trinitatē laudare et inuocare p quā mundus regit vt impleat nos suo lumine: vt quicquid peccauimus fraude demonum ipse iesus christus abstergat celitus. i. de celo. ¶ Cōstrue. O vnitas. i. o sancte spiritus qui procedens a patre et filio trinitatis scilz personarū/ qui regis. i. gubernas/ potenter. i. potentia tua/ orbem. i. mundum: attende cantica laudum. i. hymnorū que scz cantica nos excubantes. i. vigilantes/ psallimus. i. cantamus.

Iam lectulo consurgimus/ noctis quieto tempore/ vt flagitamus vulnerum a te medelam omnium.

¶ Construe. Nos consurgim⁹ iam lectulo. i. ex desidia. Lect⁹ enī ōr ab electis/ et mollib⁹ herbis quibus antiqui requiescebāt quieto tpe noctis (et ad quid (flagitemus. i. rogemus a te medelam omniū vulnerum. id est peccatorum.

Quo fraude quicquid demonū in noctibus delinquimus abstergat illud celitus tue potestatis glorie.

¶ Construe. Quo pro vt/ vt potestas glorie tue. id est tue laudis/ abstergat. id est abluat vel purget celitus. id est diuinit⁹: illud supple peccatum: quicquid. s. vitiorum delinquimus. id est cōmittimus/ fraude. i. deceptione/ demonū. id est dyabolorum: in noctibus. id est in tenebris vitiorum.

Nec corpus alit sordidum nec torpor instet cordium nec criminis contagio tepescat ardor spiritus

¶ Construe. Nec corpus nostrū alit. i. non fit sordidum. id est pollutum/ nec torpor. i. pigritia vel malitia cordium scilz nostrorum instet nobis/ et contagio. id est macula criminis non adsit/ et ardor. i. amor seu gratia spiritus. s. sancti: non tepescat. i. non deficiat in nobis. ¶ Dicitur hec contagio/ et hec contages/ et hoc contagium: sed in vsu est hec contagio in singulari: et hec contagia/ contagiorū in plurali. hic tamen videtur ablatiuus rectus a tepescat.

Ob hoc redemptor quesumus reple nos tuo lumine p quod dierum circulis nullis ruamur actibus.

¶ Construe. (vt amor spirit⁹ non deficiat in nobis) ob hoc. i. ppter hoc o redemptor quesumus. i. rogamus te/ reple nos peccatores tuo lumine. i. splendore: per quod lumen non ruamus. id est cadamus/ nullis actibus. i. peccatis/ circulis. id est reuolutionibus dierum.

ETerna celi gloria beata spes mortaliū celsi tonantis vnice casteq; proles virginis.

¶ Materia huius hymni est inuocatio ad christum filium virginis vt dignet nobis suam misericordiā tribuere dexteram porrigere vt mereamur corroboratione fidei et charitatis obtinere. ¶ Construe. O christe tu existens eterna gloria scīz angelorū ⁊ beatorū hominū/vel qua pater tuus celestis per te glorificatur: ⁊ o beata spes mortaliuz. i. xpianoꝝ hoim/⁊ o vnice celsi tonantis. id est celestis patris secundum diuinitatem: q; pro et/et proles. i. fili caste virginis scīz marie secundum humanitatem.

Da dexterā surgentibus exurgat ⁊ mens sobria flagransq; in laudem dei grates rependat debitas.

¶ Construe. O tu xpe da dexteram. i. auxilium tuum nobis surgentib⁹ scīz a vitijs/et ita mens nostra. i. anima nostra/sobria. i. abstinens/exurgat scīz ad laudē tuam. q; pro ⁊/supple mens flagrans. id est ardens/in laudem. i. honorem dei omnipotentis/rependat. i. persoluat/ debitas grates. i. gratiarum actiones in hymnis et canticis deo omnipotenti.

Natus refulget lucifer sparsamq; lucem nunciat cadit caligo noctium lux sancta nos illumunet.

¶ Construe. Lucifer. i. stella matutina/natus. id est xpus refulget. id est splendet mundo/q; pro et/⁊ nunciat scīz mundo/sparsam lucem. i. dest natam vere nūciat: quia caligo noctium. i. obscuritas dyaboli/ cadit scīz in mundo. Et ideo lux sancta. id est xpus sua sanctificatione nos illuminet. id est corda nostra illustret lumine spiritussancti.

Manensq; nostris sensib⁹ noctem repellat seculi/omnisq; fine dei purgata seruet pectora.

¶ Construe. Ut ipsa lux manēs nr̄is sensibus. i. in nobis habentib⁹ quinq; sensus corporeos repellat a nobis noctem. i. dyaboli/ seculi. i. mundi: ⁊ illa lux seruet pectora nostra purgata. s. a vitijs/omni fine diei. i. omni tempore vite nostre.

Quelita iam primū fides radicet nostris sensibus/secunda spes congaudeat qua maior extat charitas.

¶ Construe. Fides quelita a nobis. s. in baptismo iam primū. i. cito. ideo dicit primum/q; fides est prima inter oēs virtutes: vt ibi fides/spes/⁊ charitas: radicet. i. ponat radices sensibus nostris. i. mente nostra/et secūda spes. scz a fide p quā. s. speramus vitam cōgaudeat/qua. s. fide/charitas. i. talis virtus/extat maior. i. virtuosior. Juxta illud. Maior autē horum est charitas. ¶ Legitur etiam iam primum: et fecunda. id est fertilis spes que est cum meritis bonorum operum.

QUalmatoꝝ hoīs deus qui cūcta solus ordinās humū iubes producere reptātis⁹q; fere genus.

¶ In hoc hymno cognoscit aliud quod fecit de⁹ in sexta die. Nā creatis olibus reptilibus/piscibus ⁊ auibus: ⁊ alijs bestijs q̄rta die. Sexta die formauit de⁹ hoiem ad ymaginē suā: ⁊ precepit olibus animalibus dicēs. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrā: ⁊ dixit hoi. Dnamus piscibus maris volatilib⁹ celi ⁊ vniuersis q̄ mouētur super terrā. Posuitq; eū i paradiso deliciaꝝ vt operaret ⁊ custodiret illū. Intēdit itaq; autor rogare deū: vt sicut de⁹ fecit hoiem sup iorē cūctis animantib⁹ sic dignet nos custodire vt nō efficiamur inferiores bestijs animalib⁹ ꝓpter peā nr̄a. Cur ḡ hoies creauit q̄s futuros prescibat malos: nō q; sicut premidit q̄d mali essent facturi sic etiā fu-

16124

debat quid bonum essent facturi. Uel dicitur. Quis nouit sensum domini: aut quis fuit consiliarius eius? (Ad roma.xi.) ¶ Cōstrue. O deus plasmator. id est creator hominum scilicet ade qui solus ordinatus cuncta. id est disponens omnia/ iubes. id est permittis. producere humum. id est ecclesiam scilicet bonos et malos homines: et genus reptantis. id est serpentis fere. id est bestie.

Qui magna rerum corpora/dictu iubentis viuida/vt seruiant per ordinem subdens dedisti homini.

¶ Construe. O tu deus qui fecisti dictu iubentis. id est verbo filij tui magna corpora. id est iumenta/pecora/bestias. omnium scilicet rerum diuersarum. viuida. i. animata. et subdens. id est supponens illa animalia dedisti homini vt seruiant scilicet per ordinem. scilicet vnumquodq; animal seruiat homini in illo ad quod ordinatum est a natura: vt oues/lepores/pisces ad comedendum. ꝛc.

Repelle seruis a tuis/ quicquid per immunditiā/aut moribus se suggerit/aut actibus se interserit.

¶ Construe. (Et o deus) repelle. id est remoue a tuis seruis. quicquid suggerit. id est infert se. per munditiam. id est per aliquem superfluitatem vel per sordidam comestionem: aut moribus scil: cet malis. qui scilicet ex consuetudine peccandi se abstinere non possunt a peccatis: aut interserit. id est miscet se actibus scilicet peruersis.

Da gaudiorum premia/da gratiarum munera/dissolue litis vincula/adstringe pacis federa.

¶ Construe. O deus da premia. id est remunerationem. gaudiorum scilicet eternorum. da munera gratiarum. id est dona spiritussancti. dissolue vincula/litis. id est peccata odij. et astringe. id est coniunge. federa pacis. id est concordiā salutis.

Summe deus clementie/mundiq; factor machine/vn⁹ potentialiter trinusq; personaliter

¶ Materia huius hymni est cognitionem habere trinitatis in vnitate/ et vnitatis in trinitate. Intendit auctor rogare deum vt cingat lumbos nostros cingulo castitatis. et adurat. id est inflammet vel repleat corda nostra igne spiritussancti: vt casto corpore et mundo corde seruire deo possimus. ¶ Construe. O deus summe potentie. id est alte pietatis. factor. id est creator mundi scilicet vniuersi. q; pie et machine sanctorum. supple qui es potentialiter vnus. id est potentia secundum diuinitatem: et trinus personaliter scilicet in personis.

Nostros pius cum canticis/ fletus benigne suscipe/ quo corde puro sordibus/te perfruamur largius.

¶ Construe. Et tu pius (pro pie) suscipe benigne. nostros fletus. id est lachrymas. cum canticis. i. cum hymnis vel laudibus: quo pro vt perfruamur te largius. id est amplius. et hoc corde puro. id est mundo. sordibus. i. vitijs.

Lumbos iecurq; morbidum/adure igne congruo/ac cincti vt simus perpetim/luxu remoto pessimo

¶ Construe. O deus adure. id est accende igne congruo. id est spiritu sancto lumbos nostros. et iecur. id est epar. (Et nota q; hec scilicet iecur/cerebrum/et lumbi/ cogunt hominem peccare) vt simus accincti. id est vt lumbi simus casti contra libidinē perpetim. id est semper pessimo luxu remoto. id est deposita luxuria (que multos proh dolor ducit ad gehennam.

Vt quicq; horas noctium/nūc concinendo rumpimus

donis beatis patrie/ditemur omnes affatim.

¶ Constrve. Ut quicꝫ. id est qui cunꝫ concanendo. id est psallendo rumpimus. id est per vigiliam diuidimus horas noctium: quia tunc bonum et quietum est orare: vt ditemur. id est diuites efficiamur / affatim. id est abundanter beatis donis patrie. id est beatitudine patrie celestis. Ad quam christus dignetur nos perducere. Amen.

AVrora iam spergit polū/terris dies illabitur
lucis resultat speculum/discedat oē lubricum

¶ Iste hymnus continuatur superiori: quia nos rumpimus horas noctiū vt nos omnes diemur et diuites efficiamur in christo. Et ecce aurora. id est christus iam spargit polū. id est illuminat corda hominum. hortatur etiam nos vt sic nos viuamus in hoc seculo vt illud verbum lete audire mereamur scilicet. Venite benedicti patris mei. ꝛc̄. Nam finito mundi termino peccatores perpetuis tradentur tenebris. Fideles vero et iustos non noctem sed lucem ponet. Et hoc est quod precamur. ¶ Constrvꝫ. Aurora. id est christus. illabitur. id est emergitur terris. et aurora. i. christus/spargit polum. id est illuminat mentes vel ecclesiam: et speculum. i. pulchritudo vel aspectus lucis. id est claritatis. resultat. i. gaudet. et ideo omne lubricum. i. peccatum. discedat scilicet a nobis.

Fantasma noctis decidat mētis reatus lubruat quic
quid tenebras horridum nox attulit culpe cadat.

¶ Constrve. Fantasma. i. fantasia vel illusio noctis. i. dyaboli decidat. id est recidat a nobis. et reatus. i. culpa mentis: lubruat. i. cadat a nobis. et quicquid horridum. i. deforme/nox. i. dyabolus vel nocturna cogitatio attulit nobis tenebris. s. obscuritatis. cadat. i. recedat a nobis.

Ut mane illud vltimum/quod prestolamur cernui/
in lucem nobis effluat/dum hec canore concrepat

¶ Cōstrve. Ut mane illud vltimum. scilicet iudicium futurum vel aduentus christi in iudicium quod prestolamur. i. expectamus/speram⁹/cernui. id est perspicui. effluat. i. eueniat nobis in lucem dum hec. i. nox concrepat. id resonat canore. id est cantu seu laude.

EX more docti mystyco/seruemus hoc ieiunium
deno dierum circulo/ducto quater notissimo

¶ Materia huⁱ⁹ hymni est ꝓmendatio ieiunij. et hortamur ieiunare ꝛ deo seruire et hoc tpe ieiunij in orationibus et bonis operibus plusꝫ in alijs reb⁹ vt inde habeamus vitam eternam. ¶ Cōstrve. O fratres seruemus hoc ieiunium in quo modo sum⁹. s. caste ꝛ honeste nos docti. i. instructi ex mystico more. i. figurata consuetudine et hoc deno circulo. i. numero denario dierꝫ quadraginta: notissimo. i. manifestissimo ducto. i. multiplicato. quater. i. per quattuor.

LEx ⁊ prophete primitus/hoc pertulerunt postmodū
xps sacrauit omnium rex factor atqꝫ temporum

¶ Constrve. Lex data per moysen et prophete. s. helyas ꝛ alij pertulerūt hoc ieiunium. primitus. i. primo et xp̄s rex oim holim atqꝫ pro ꝛ⁊ factor. i. creator tpm sacraut. i. sanctificat illud postmodū. i. post moysen et prophetas: qui ieiunauit per quadraginta dies donans nobis exemplum vt per etatem ieiunemus.

Utamur ergo parcius/verbis cibis et potibus/somno
iocis et arctius perstemus in custodia.

16124

¶ Construe. (Et quis prophete q postea xps consecrauerūt hoc ieiuniū) Utamur parcius.i.temperanti⁹ verbis inutilibus cibis q potibus.i.a superfluitate comestionis et ab ebrietate:quia crapula nos labimur in penas: q venter mero estuans de facili tumescit in libidinem : et non solum istis vtamur parcius : sed etiam somno minio:et locis q illicitis/ et perstemus.i.perseueremus in custodia anime nostre/ arctius.id est strictius.

Vitemus ante pessima que subruunt mentes vagas nullumq; demus callido hosti locum tyrannidis

¶ Construe.(Dico q relictis vitijs prestemus in custodiam virtutum)q vitem⁹.i. id est abiciam⁹ a nobis/ ante.id est prius/pessima.id est peccata vel prauos opera: que subruūt.id est oppumūt mentes vagas.id est ad malum pronas:q; p et/nullum pro non et vllum et non demus/callido hosti.id est dyabolo:vllum locū.id est aliquam occasionem tyrannidis in nobis.

Dicamus omnes cernui clamamus atq; singuli ploremus ante iudicem flectamus iram vindicem

¶ Cōstrue. Postq; abiecimus a nobis peccata per contritionem immediate: omnes nos cernui.i.humiles/ dicamus scz nostra prauos opera per confessionē/ atq; pro et/et nos singuli.i.omnes nos simul/vel singuli.i.separatim(quilibet pro se)clamemus.id est vociferemus:et plorem⁹.i.deflcamus/ante iudicem.id est ante dominum iuste iudicantem:vt per fletum flectamus.i.mitigemus/iram vindicem.i. iuste vindicantem si non emendemus.

Nostris malis offendimus tuam deus clementiā effunde nobis desuper remissor indulgentiam.

¶ Cōstrue. Et quis pcōres offendimus.i.te nobis iratum vel iratsci fecimus:tamen o deus qui es misericordia plenus:deus dico remissor.i.venie dator:effunde id est mitte nobis.id est peccatorib⁹/desuper.i.de celo/indulgentiam.id est peccatorum veniam.

Memento q; sum⁹ tui licet caduci plasmatis ne des honorem nominis tui precamur alteri

¶ Construe.O deus memēto.i.memor esto q nos sumus tui per creationem q; tui sumus alieni per peccati ppetrationem/ et licet sumus caduci.i.credo cadentis plasmatis.i.nature vel fragilis materie:tamen supple nos precamur/ ne p; vt et non vt non des alteri q; nobis honorem.id est laudem tui nominis supple glorioſi:quia ad hoc nos ex bonitate tua deus plasmasti.

Laxa malum quod gessim⁹ auge bonum quod poscimus placere quo tandē tibi possumus hic & perpetim

¶ Construe.Et quia nos precamur:vt nos pre ceteris te honoremus.Ideo o de⁹ laxa.i.solue/malum.id est peccatum quod scilicet nos poscimus.i.fecimus/ et auge.id est multiplica/ bonum quod nos poscimus.i.petimus : quo pro vt/vt possimus.id est valeamus/placere tandem.id est in fine/vbi scilz a te/ hic.id est in presenti/et in perpetim.id est in futuro.

Presta beata trinitas concede simplex vnitas vt fructuosa sint tuis ieiuniorum munera.

¶ Construe. Omn⁹ soluti a peccatis/o beata trinitas supple personarum. Et o simplex vnitas.id est o deus qui es deus per essentiam/presta.id est prebe/ et concede.id est largire:vt munera.id est dona:que proueniūt non de nostris meritis/

ſed ex tua gratia ieiuniorum .i. abſtinentiarū ſint tuis ſupple famulis/ fructuoſa. id eſt fructu plena.

Chriſte qui lux es et dies noctis, tenebras detegis luciſq; lumen crederis lumen beatum predicans.

¶ Materia huius hymni eſt q̄ deprecari deum debemus: vt det nobis quietam noctem/et vt defendat nos a perfido hoſte: oculi ſomnū capiant q̄ cor ſemper ad deum vigilet. Ideo. ¶ Cōſtrue. O xp̃e qui es lux angelorꝝ/ et illuminator omniū ſanctorꝝ. Unde ipſe dixit. Ego ſum lux mundi .i. xp̃us qui illuminat omnē diem: et parat omnē lucem. Cum autem mirabile ſit: quia ſicut pater eſt lux: et filius ſit lux/non tamen tres luces ſed pater et filius et ſpiritus ſanctus vna et inſeparabilis eſt lux: ſicut in hac dictione lux ſunt tres littere et vnus ſonus: cui ad ſignificationem ipſi⁹ ſenſus aliquid addi vel minui non poteſt: non enim deus tres luces eſt: quia ſi eſſent diuerſe eſſentie vna lux nō eſſet: quia quicquid corporaliter diuidi poteſt in illa ſubſtantia que diuiſionem non patitur non poteſt dici. detegis. id eſt aperis/tenebras. id eſt verſutias noctis. i. dyaboli: et crederis lumen lucis. id eſt patris. ſupple tu predicans. id eſt promittens apoſtolis beatum lumen. id eſt ſpiritum ſanctum.

Precamur ſancte domine defende nos in hac nocte ſit nobis in te requies quietam noctem tribue.

¶ Cōſtrue. O ſancte domine/precamur .i. rogamus/defende nos a vitijs q̄ ab inſidiatorib⁹ noſtris ſcz demonibus (qui tanq̄ leones rugientes circuiunt querentes quem deuorent) in hac parte .i. in preſenti vita: et requies ſit nobis in te. id eſt vt tecum requieſcamus in celeſti patria/et tribue. id eſt concede quietam noctem. id eſt tranquillam.

Ne grauis ſomn⁹ irruat nec hoſtis nos ſurripiat nec caro illi conſentiens nos tibi reos ſtatuat

¶ Conſtrue. Ne grauis ſomnus. id eſt ne graue peccatum/vel delectatio peccati irruat. i. opprimat nos/nec hoſtis. id eſt dyabolus/ ſurripiat nos. id eſt fraudulenter decipiat/ne caro noſtra conſentiēs illi ſcilicet dyabolo in peccatis/ ſtatuat nos reos. id eſt culpabiles: et peccatores tibi.

Oculi ſomnum capiant cor ad te ſemper vigilet dextera tua protegat famulos qui te diligunt.

¶ Quāuis dico q̄ grauis ſomnus nō irruat: tamen non dico q̄ oculi ſomnum nō capiant: immo aliquantulum capiant. ¶ Conſtrue. Oculi capiāt ſomnum ſcilicet moderate/et cor. id eſt mens noſtra vigilet ſemper ad te: et dextera tua. id eſt miſericordia tua protegat famulos tuos qui te diligunt.

Defenſor noſter aſpice inſidiantes reprime/ guberna tuos famulos quos ſanguine mercatus es.

¶ Cōſtrue. O defenſor noſter aſpice nos q̄ repme inſidiātes .i. demones qui ſemp inſidiant nobis: et nos id petim⁹ vt deus eos reprimat q̄ reſtringat ne tm nocere valeant ſ̄cum volunt. ¶ Nota q̄ maligni ſpiritus tres habent habitudines. ſcilicet in inferno/in terra/in aere. Illi qui in terra manent in duas partes diuidūtur: et vocantur larue et lares. larue in nocte ledunt/ et lares in die. guberna tuos famulos quos mercatus es. id eſt redemiſti. ſanguine tuo.

Memento nr̄i domine in graui iſto corpōre qui es de

16124

defensor adesto nobis domine.

¶ Et quia redempti sumus sanguine christi: ideo debemus voluntati eius satisfacere: et preceptis eius pro salute nostra nosmetipsos onerare: et iugiter applicare Unde dauid. Preceptum domini lucidum illuminās oculos. ¶ Construe. O dñe memento nostri in isto graui corpore scilicet corruptibili/o domine adesto nobis. scilicet ad defensionem nostram qui es defensor anime.

SUmmi largitor premij spes qui es vnica mūdi preces intende seruorum ad te deuote clamantium.

¶ Iste hymnus seruatur pro tempore quadragesimali in quo autor rogat deum vt dignetur suos deuotos famulos exaudire/conscientias nostras mundare/ieiunium quoq; nostrum acceptare: vt eo mediante capiamus digne paschalia sacramenta. ¶ Construe. O largitor. id est dator/ summi premij. id est eterne beatitudinis: qui es vnica spes mundi. i. in quem solus mundus debz sperare: ipse enim est solus dominus a quo omne bonum descendens: et alij sancti pro nobis intercedere possunt apud dominum vt obtinere possimus rogata nostra: sed largire nobis principaliter non possunt. Etiam sua incarnatione et passione necnon et morte precipue redempti sumus: et non passionib⁹ aliorum sanctorum: quare merito dicitur. Unica spes mundi/intende. id est attende: et suscipe preces seruorum scilicet tuorum/clamantium deuote. id est humiliter/ad te. i. ad tuam miam.

Nostra te conscientia graue se offendisse monstrat/ quam emunda supplicamus ab omnibus piaculis.

¶ hic more patientis q infirmi detegit primo vulnus. id est defectum suum/q extende opem medicactis implorat. ¶ Construe. Nostra conscientia. id est ratio discretius monstrat. id est iudicat et fatetur se offendisse. id est ad iracundiam prouocasse: et commouisse te graue. id est grauiter: quam conscientiam nos supplicamus/o christe emunda. id est purga ab omnibus piaculis. id est mendis et maculis peccatorum.

Si renuis quis tribuet indulge qua potens es si corde rogamus mundo certe debes ex promisso.

¶ Disputat bono modo cum domino. ¶ Construe. Quia si renuis. id est negas/ vel recusas preces nostras exaudire: et conscientiam nostram purgare a criminibus: quis tribuet (quasi dicet et nullus) quia tu solus peccata dimittis: ergo indulge. id est peccata dimitte: adhibe medelam et condescende nobis ad subuenendum: quia tu potens es. id est tu solus ex omni potentia tua habes. Tibi enim p̄prium est misereri q parcere: quare quod magis est si nos rogamus mundo corde. id est puro contrito q confesso corde/tu debes. i. teneris certe. id est veraciter/ ex promisso. i. ex promissione. Dixisti enim ad Petrum q̄ dimitteret peccata: non solum septies: sed septuagies septies. ¶ Et alibi dicitur. In quacunq; hora ingemuerit peccator: peccatum eius non recordabor. Et sic quia promisisti o de⁹: quasi ex debito obligaris.

Ergo accepta hoc nostrum qui sacrasti ieiunium quo mystice paschalia capiamus sacramenta.

¶ Concludit cum effone. Ergo quia tu potens es q teneris pio modo ex promisso tu sacrasti ieiunium personaliter ieiunando/accepta. id est suscipe vel gratum habe hoc nostrum ieiunium quod facimus: quo mediante vt capiam⁹. i. accipiam⁹ paschalia sacramenta. scilz cōmunicationem corporis et sanguinis tui/mystice. i. sacramentaliter digne cum effectu.

Summa nobis hoc cõferat in deitate trinitãs in qua gloriatur vnus et regnat per secla deus. Amen.

¶ Construe. Summa trinitas personaꝝ in deitate/cõferat nobis. i. tribuat vel cõferre dignetur hoc quod statim rogatum est: in qua trinitate vnus deus per essentiam/gloriatur. i. letatur: et regnat per cuncta secla. id est eternaliter.

Audi benigne conditor / nostras preces cum fletibus / in hoc sacro ieiunio fusas quadra/genario.

¶ Materia huius hymni est cõmendatio ieiunij et hortat nos ieiunare: deo seruire: et in hoc tempore ieiunij in orationibus plusq; in alijs temporib⁹ insistere debemus: vt in die iudicij vitam habeamus eternam. ¶ Construe. O benigne cõditor. i. creator omnium rerum/audi preces nostras cum fletibus. i. cum plorãtib⁹/preces dico fusas. id est effusas in hoc sacro quadragenario ieiunio. id est in numero quadraginta dierum: in quibus ieiunare debemus.

Scrutator alme cordium infirma tu scis virium ad te reuersis exhibe remissionis gratiam.

¶ Construe. Et quia fundimus preces: alme scrutator. i. inquisitor cordiũ nostroꝝ. Bene dico scrutator: quia tu scis. id est cognoscis infirma virium. Ideo exhibe. i. dona reuersis ad te. id est penitentibus remissionis gratiam.

Multũ quidem peccauimus: sed parce confitentibus ad laudem tui nominis confer medelam languidis

¶ Construe. Nos peccauimus quidẽ multum: sed parce confitentib⁹ peccata sua et confer languidis. id est peccatoribus/medelam. id est remissionem ad laudem tui nominis.

Sic corpus extra conteri dona per abstinentiã ieiu/net et mens sobria a labe prorsus criminum.

¶ Construe. Et conferendo medicinã dona corpus conteri. id est castigari extra per abstinentiam: et dona vt sobria mens ieiunet prorsus. id est omnino a labe criminum. id est peccatorum.

Ecce tẽpus idoneũ medicina peccaminũ quib⁹ deum offendimus corde verbis operibus

¶ In isto hymno hortamur vt omni pctõ abstineamus: et rogamus deũ cum lachrymis et precibus ꝙ ipse remittat nobis peccata nostra et mũdet nos ab omni vicio in tpe huius ieunij: qz xp̃s pius est et misericors. ¶ Cõstrue. O fratres ecce tempus idoneum. i. congruum ad peccata remittendum: quod tempus est medicina peccaminum. i. peccatorum. quibus scz peccatis offendimus deũ corde. i. vana cogitatione: verbis scz iniquis turpiloquijs et operib⁹. i. prauis actibus.

Qui pius et propitius / nobis pepercit hactenus / ne nos cum nostris perderet tantis iniquitatibus

¶ Construe. (Dico qz verbo et opere nos deum offendimus) qui scilicet deus existens pius et propitius. id est misericors pepercit nobis hactenus. i. hucusq; ne secundum mala opera nostra nos pariter cum nostris tantis iniquitatib⁹ perderet id est condemnaret: sed ita pepercat nobis vt mediãte paterno auxilio ad christũ veniamus: et ammodo in bonis operibus perseueremus.

16124

Hunc igitur ieunijs/cum precibus & lachrymis/multisq; bonis alijs/placemus deuotissime.

¶ Construe.(Et quia pepercit nobis misericorditer:ergo)placemus.id est placitum nobis facimus hunc scilicet deum.ieunijs.id est cum abstinentia cibi et potus:et cum precibus.id est cum orationibus assiduis.quia ipse ait. Petite et accipietis. Iterum.Amen amen dico vobis quicquid orantes petitis credite et fiet vobis.

Vt nos a cunctis sordibus/purgans ornet virtutib⁹/i angelicis et cetibus/nos iungat in celestibus.

¶ Construe(Dico q placemus cum deuotissime)vt ipse purgans nos a cūctis sordibus.id est peccans ornet nos virtutibus:et faciat nos perseuerare in eis.& q iūgat nos angelis cetibus.i.in regno celorum.

Sit benedictus genitor/eiusq; vnigenitus/cum spiritu paraclyto/in sempiterna secula.Amen.

¶ Construe.Genitor.i.deus pater sit benedictus et eius vnigenitus.i. xp̄s(qui est filius dei)cum spiritu paraclyto.i.consolatore.in sempiterna secula.Amen.

Q Lay decus ieunij monstratur orbi celit⁹: qđ xp̄s autor omnium/cibis dicauit abstinens.

¶ In hoc hymno hortatur et admonet nos autor ieuniorum humilitatem et inde auctoritatem habere et a christo efficatiam:et vt antiqui patres(moyses et helyas)consecuti sunt vitam eternam ita et nos consequamur. ¶ Construe. Clarum decus.id est commendabile ieunium/ monstratur.i.datur/orbi.i.mundo/celitus id est de celo quod ieiuniū xp̄s(supple exp̄s)auctor.id est creator omnium. scilicet rerum/dicauit.i.sanctificauit abstinens cibis.id est a cibis.

Hoc moyses charus deo / legisq; lator factus est/hoc helyam per aera/curru leuauit igneo.

¶ Cōstrue. Moyses factus est clarus.id est dilectus deo hoc scilic et ieiunio.id est per hoc ieunium/q; pro et moyses factus est legislator. id est dator legis diuine. hoc.id per hoc ieunium:et hoc scilicet ieunium/leuauit.id est vexit helyam scilicet propheram igneo curru.id est quadriga ignea per aera.id est per aerem: quia cum helyas transgressus esset iordanem cum discipulo suo helyseo fugiens persecutiones Jezabel.raptus est helyas in curru igneo in paradysum terrestrem pallio suo diuiso.helyseus autem pallio leuato reuersus ad iordanem & percutiens aquam cum pallio cessit aqua iordanis:et transiuit prophera sicco pede.

Hinc daniel mysteria/victor leonum viderat/per hoc amicus intimus/sponsi iohannes claruit.

¶ Construe. Daniel prophera exsistens victor leonum/quia leones non nocuerūt ei viderat per spiritum sanctum/mysteria.id est secreta(que nemo alius scire potuit)hinc.id est per hoc ieunium/ et iohannes baptista claruit.id est factus est.intimus amicus sponsi.id est christi per hoc scilicet ieunium.

Hoc nos sequi dona deus per exempla parsimonie tu robur auge mentium dans spiritale gaudium.

¶ Construe.(Et qt ibi facti sunt sancti per hoc ieiunium)o deus dona.id est concede nobis christianis:vt possimus sequi.id est imitari hec.s.ieiunia per exempla

parsimonie.i.abstinentie cibi et potus.et tu auge robur.id est fortitudinem mentium.id est cordium.dans.i.donans/spiritale gaudium.id est leticiam spiritus.

Presta pater per filium/presta per almum spiritum cum bis per euum triplici/vnus deus cognomine

¶Construe.O pater presta.id est dona nobis hec que supra petimus per filium tuum vnigenitum.et presta per almum spiritum.tu dico existens vnus deus in essentia.cum his.id est cum filio ⁊ spiritu sancto triplici cognomine.i.sub tribus distinctis nobis/per euum.i.eternaliter vel imperpetuum.

Iesu quadragenarie/dicator abstinētie/qui ob salutem mentium/hoc sanxeras ieiunium.

¶Iste hymnus est de recōmendatione ieunij.Dirigat oratio ad iesum xp̄m dei omnipotentis filiū tanq̄ ad cām efficientē ieunij ⁊ instituentē primitus ad finem vt in littera.Primi tres versus ꝑdependēt:vt patebit.Prim⁹ ꝑsus sic.¶Cōstrue.O iesu dicator.i.sanctificantor ⁊ ꝑformator quadragenarie abstinentie.i.quadragesimalis ieunij(Quadragenarius,quinquagenarius:totū numerū collectiuum dicunt.sed quadragesimus/quinquagesimus dicunt dūtaxat vltimū ex nūero)qui sanxeras.i.instituteras et sanctificaueras.dū adhuc in terris conuersabaris quadraginta dies continuo ieiunans nobis exemplum hoc ieunij quod seruandum singulis annis ecclesia deposit ordinauit ob salutem.i.propter redemptionē ⁊ vtilitatem mentium.i.animarum nostrarum(prout sequitur)

Quo paradyso redderes/seruata parsimonia/quos inde gastrimargie huc depulit illecebra.

¶Construe.Quo.i.vt tu redderes.i.restitueres paradyso celesti ⁊ hoc dico parsimonia obseruata.i.abstinētia voluntaria cibi ⁊ potus custodita et obseruata(supple illos homines)quos illecebra.id est illicita actio vel peccātum gastrimargie.id est castitatē mergentē gulositatis ⁊ inordinate sumptionis cibi ⁊ potus vnde ea dim⁹ in continentiā cū a ꝓtrario.(Sine cerere et baccho friget venus)depulit.i.expulit.inde.i.a paradyso.huc.i.in hūc mūdi.scilicet vallem lachrymaꝝ et miserie

¶Asceñ.Gastrimargia merꝫ est grecū.dicturq̄ gulositas et gastrimargos gulosus:vnde erant qui latinam dant ethimologiā quasi si castitatem mergens.Nonenim scribitur castri:sed gastri/nec mergia sed margia.

Adesto nunc ecclesie/adesto penitentie/qua pro suis excessibus/orat profusus fletibus.

¶Hic efficitur sententia primorum versuum sic.O iesu adesto nunc ecclesie.scilicet tue militanti contra hostes suos adesto penitētie:vt te adiuuante perficiamur qua penitentia supple ecclesia orat pro suis excessibus.id est peccatis:et hoc dico fletibus.id est lachrymis.profusis,id est effusis.

Tu retroacta crimina/tua remitte gratia/et a futuris adhibe/custodiam mitissime.

¶Alia pernio in hunc modum.¶Construe.O iesu tu remitte.i.dimitte crimina id est peccata nostra retroacta.id est prius facta.tua gratia.id est per tuam benignitatem.et o mitissime iesu adhibe custodiā.id est concede benignis gratiam cauendi a futuris criminibus.⁊ ne recidiuemus in primis commissa confessi:et iam remissa in finem sequentem.

Ut expiati annuis/ieiuniorum victimis/tendamus ad paschalia/digne colenda gaudia.

16124

¶ Cōstrue. Ut nos expiati .id est mundati a peccatis nostris. annuis victimis. id est sacrificijs singulis annis fieri solitis in commemorationem actionis christi ieiuniorum tendamus. id est pcedamus: ꝛ peruenianus melius dispositi. ad gaudia paschalia. id est paschales solennitates. colenda. id est agenda et exercēda digne id est debite laudabiliter ꝛ decenter. Ille est etiam vna causa institutionis ieiunij inter alias ꝯplures vt per ipsum fiamus ydonei ad celebrandū pascha: et ad capiendum paschalia sacramenta: sicut tetigit hymnus precedens in quarto versu.

Vexilla regis prodeunt / fulget crucis mysterium / quo carne carnis conditor / suspensus est patibulo

¶ Materia huius hymni est (teste ambrosio) quia passio domini venit. Dicit ergo q̄ vexilla regis. id est christi iā prodeunt. Uexilla christi sunt baptismus / eucharistia: ꝛ alia ecclesie sacra mēta. ¶ Construe. Uexilla .i. parus vela vt bellica signa ergis .i. christi. prodeunt. id est apparent. mysterium. id est sacrificium crucis / fulget. id est laret. qz expugnauit dyabolum: quo scilicet mysterio / conditor. id est creator carnis scilicet humane est suspensus carne scilicet propria. patibulo. id est in cruce.

Confixa clauis viscera / tendens manus vestigia / redemptionis gratia / hinc immolata est hostia.

¶ Construe. Ego dixi q̄ christus suspensus est patibulo. id est cruce. ideo christus est hostia immaculata. Uel sic (scilicet in ara crucis) gratia redemptionis. saluatio generis humani. tendens. id extendens. manus scilicet suas in cruce. ꝛ tendens vestigia sanguinis ipsius. Et per hoc nota q̄ sanguinis fluxerat per totum eius corpus: tendens dico viscera innumerabilia: quia in tantum fuit extensus christus in cruce q̄ omnia membra eius poterant numerari confixa. id est perforata clauis. Sunt enim claui positi in manibus et pedibus suis: a lancea latere suo et inde exiuit sanguis et aqua. exinde dico manauit sanguis redēptionis nostre: ꝛ aqua baptismatis ex quibus nos regeneramur in fonte et in sacro baptismate.

Quo vulneratus insuper / mucro ne dire lancee / vt nos lauaret crimine / manauit vnda sanguine.

¶ Construe. Ecce mysterium crucis fulget per totum mundum: quia per crucem habemus altare / per corpus christi hostiam / per sanguinem vinum / ꝛ per fudorem aquam: ex quibus sacrificium facimus singulariter: quia ex immolatione crucis ibi fit altare. et ideo per crucem habem⁹ altare in quo sacrificamus. quo .i. in quo patibulo christus fuit vulneratus. insuper. id est super vulnerationem clauorum mucro. id est acumine / dire lancee. id est crudelis cuspidis: et hoc vt christus lauaret nos a crimine. id est a peccatis. vnda. id est aqua. manauit. id est fluxit sanguine. id est cum sanguine.

Impleta sunt que cecinit / dauid fidelis carmine / dicendo nationibus / regnauit a ligno deus.

¶ Et eo tpe perpetrata sunt que scripta sunt de christo per prophetas. Unde ipse sumens acetum in cruce cū spongia dixit. Consummatum est. ¶ Construe. Illa sunt impleta. id est completa in christo: que dauid propheta existens fidelis. concinit. id est prophetauit / carmine. id est psalterio. dicendo. id est prophetando. nationibus .i. omnibus gentibus deus regnauit a ligno scilicet crucis. quia post passionem et mortem suam amarissimam resurrexit regnaturus eternaliter.

¶ Ascen. Legendū est que cecinit: qz pro preterito a concino diceretur concinuit.

Arbor decora & fulgida / ornata regis purpura / electa

digno stipite/tam sancta membra tangere.

¶Et quia pependit in cruce possum⁹ proferre vocem admirationis. ¶Construe: O ☧decora et fulgida arbor ornata.id est fulcita/purpura.id est sanguine/regis. id est christi/arbor dico electa tangere.i.portare tam sancta membra.scilicet christi/digno stipite.id est sancta cruce.

Beata cuius brachijs/secli pependit precium/statera facta corporis/predam qui tulit tartari.

¶Construe(Vere beata fuit arbor vel crux)in cuius brachijs.id est cornibus precium secli.id est mundi pependit.arbor dico facta statera.id est trutina corporis scilicet christi.que scilicet statera/tulit.id est abstulit/predam.id est spolium/tartari.id est inferni/vel tartari.id est infernis: quia christus descendit ad inferna liberans animas sanctorum.Jam oratio dirigitur ad crucem hyperdulia.

O crux aue spes vnica/hoc passionis tempore/ auge pijs iusticiam/reisq; donans veniam.

¶Cõstrue(Et quia statera est facta)O crux aue.id est salue.tu vnica spes nostra auge.id est multiplica/pijs iusticiam.id est pietatem hoc tempore passionis.et donans reis.id est peccatoribus.veniam.id est remissionem.

Te summa deus trinitas/collaudet omnis spiritus/ quos per crucis mysterium/saluas rege per secula.

¶Cõstrue.(Et quia deus nos redemit suo sanguine.ideo)O summa trinitas.i.deus omnipotens: omnis spiritus collaudet te:et quos scilicet homines saluas per mysterium crucis.id est passionem.rege per secula.Amen.

Cultor dei memento te fontis et lauacri rorem subijsse mundum te crismate innouatum.

¶Autor presentis hymni est prudentius:et solet cantari ab ecclesia in quadragesima.In quo hymno alloquitur quemlibet christicolam:vt sit memor beneficiorum dei cum consilio vt iturus ad quietam nocturnam signet se sancta cruce.Cuius rationem subdit.et inde exclamationem facit contra seguitiem somniorum atq; versutias dyaboli apostrophando ad eundē.vt patet in processu.

¶Construe.O cultor dei.id est o christicola memento.id recordare te subijsse.id est intrasse sanctum rorem fontis/et lauacri.id est mundatum esse spirituali lotione in baptismo/et per hoc purgatum ab originali peccato.Et o cultor dei memẽto te innouatum.id est regeneratum crismate.id est oleo sanctorum:ac per hoc protectum et armatum contra impugnationes dyaboli.Ecce duo magna beneficia collat homini christicole a deo.Primum q; baptizatus sit contra peccatum originale.Secundum q; sit crismate vnctus contra impugnationes dyaboli. Cui rei etiã aliud consilium subiungit circa quietem nocturnam in versu sequenti.

Fac cum vocante somno castus petis cubile frontem locumq; cordis crucis figura signet.

¶Construe.(O cultor dei)fac cum pro quando petis.id est accedis castum cubile.id est mundum et tutum locum nocturne quietis somno vocante.id est sopore id exigente et incitante.q; figura.id est signum sancte crucis signet frontem locum q; cordis.id est pectus tuum propter mysterium passionis dominice:quod per signum representatur:et effectum operatur sequentem.

Crux pellit omne crimen fugiunt crucem tenebre tã/

16124

lī dicata signo mens fluctuare nescit.

¶ Construe. Crux .i. signum crucis vel passio domini/pellit. id est remouet vel fugat/omne crimen .i. peccatum seu malum/et tenebre .i. pericula tenebrax siue miserie nocturne. fugiūt crimen/nox enim est amica predonibus .i. dyabolis nocturno tempore hominē inuadentibus: et contra illos facis signum crucis: non solum ꝟtum ad corpus: sed etiā ꝟtum ad animā/qz mens .i. anima/dicata .i. signata vel confirmata tali signo .i. sancte crucis nescit fluctuare .i. dubitare de fide/et errare a constientia intentionis virtuose propter pigritiam et portenta siue apparitiones vanas somniorum (contra que exclamat versus sequens) vel propter suggestiones dyaboli: de quibus sunt versus alij deinde sequentes.

Procul o procul vagantium protenta somniorum/ procul esto perutaci prestigiatoz astu.

¶ Exclamat cōtra somnia et cōtra inuentorem siue presentatorem somniorꝫ/ portenta .i. signa somniorꝫ/vagantiū .i. apparitionū vagarꝫ in somnis/sint peul .i. longe vel remote: o procul resumit cā maioris vehemētie: et o tu prestigiator .i. deceptor et illusor sensuum humanorꝫ dyabole perutaci astu .i. perseueranti violenta et importuna siue ꝓterua ac improba calliditate decipiendi/esto .i. sis/procul .i. longe. ¶ Item prestigium est species magice artis que ludificantur et decipiunt oculi hominum: vt scilicet appareat quod non est.

O tortuose serpens qui mille per meandros fraudes qz flexuosas agitas quieta corda:

¶ Apostrophat ad eundē prestigiatorē dyabolum obtestans vt recedat ā nobis. Et legant duo versus simul hoc modo. ¶ Construe. O tortuose serpens .i. malitiose demon/qui agitas .id est turbas: ⁊ commoues quieta corda .i. pacificas mētes/ per mille meandros .id est per varios modos decipiendi. Meander pro flexuositate anni ponitur. hic methaphorice stat pro obliquis et indirectis circuitibus dyaboli ad decipiendum: qz pro ⁊/flexuosas fraudes ⁊ intricatas deceptiones. Flexuosum dicitur quod plures flexuras. id est curuaturas et involutiones habet vt serpens cum se involuit: hic autem methaphorice ponitur: qui enim defraudare intendit: recta via non procedit: sed oblique et flexuose. ¶ Meander fluuius est cuius ripe plurimos habent reflexus: et ita multos recursus/ vt dyabolus nos tentans.

Discede christus hic est/hic christus est liquesce signū quod ipse nosti damnat tuam cateruam.

¶ Construe. O tortuose serpens discede .i. fuge recede: quia xp̄s est hic .i. adest nobis: et liquesce .i. euanesce (metaphora est) sicut enim cera dicit liquescere a calore solis: quia xp̄s est hic ad defensionē nostram. Resumit illa clausula xp̄s est hic: ad exprimendū vehementiā indignationis cōtra dyabolū ⁊ ad mentiendū illi maiorem terrorem: immo signū sancte crucis quod tu ipse nosti .i. nouisti/ damnat .i. destruit tuam cateruam .i. societatem.

Corpus licet fatiscens iaceat recline paululum/ christum tamen sub ipso meditabitur sopore.

¶ Respondet ad id quod dyabolus obiicere posset de torpore et imbecillitate corporis dormiens: ne sibi in illa re confidere debeat dyabolus credens super illam libentius inuadere posse hominē quiescētem. ¶ Construe. Quia licet .i. ꝟquis corpus fatiscens .i. fatigatum ex laboribus diurnis iacesat paululum .i. modicum/recline .id est bassim pro requie capienda: tamen nichilominus meditabitur christum .id est cogitabit de christo/sub ipso sopore .id est tempore somni ⁊ dormitionis sue inuocando illud. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. ¶ Quam potest

subintelligi quãuis nunc fragiliter declinet homo a mandatis dei: statim tamen diuina gratia cooperante in cognitionem dei et emendationem vite hoīes rapiceꝛe et reuerti.

Gloꝛia eterno patri ꝛ christo vero regi paracliroꝗ sãcto et nunc et imperpetuum. Amen.

¶Dicitur laus trinitati. Expositio patet.

PAnge lingua gloꝛiosi pꝛeliũ certamínis/et super crucis tropheum dic triumphum nobilem qualiter redemptoꝛ oꝛbis immolatus vicerit.

¶Iste hymnus continuatur superiori. Dicebam enim q̄ dominus positus fuerat in cruce et latus eius perforatum: ꝛ sic deprecamur eum q̄ sicut mortuꝰ est. id est sicut corpus assumptum ex virgine in cruce dimisit: et ad inferna descendit: ꝛ cum dyabolo pugnauit ꝛ eum superauit sic faciat nos vincere cuncta nobis aduersantia scilicet dyabolum ꝛ mundum cum concupiscentijs suis: et domesticum inimicum. id est carnem nostram/de qua etiam dicitur. Quanto formosioꝛ tanto periculosioꝛ. ¶Construe. O lingua pange. id est manifesta pꝛelii certamina gloriosi. id est victoriam: quam victoriam xp̄s obtinuit secundum carnem: quando vicit mortem suã morte. (Unde o mors ero mors tua. ꝛc.) et super tropheum. i. de victoria sancte crucis. dic triumphum nobilem de inimicis fugatis: qualiter redẽptoꝛ. i. liberatoꝛ totius mundi immolatus in ara crucis vicerit scꝛ dyabolum. ¶Et nota q̄ ante passionem christi duas manus. i. potestates scꝛs in coꝛpoꝛe ꝛ in anima hominis habuit: quas quoldam in coꝛpoꝛe et anima: et quoldam tantum in anima post mortem temporalem trahebat ad se. Sed modo post passionẽ iesu xp̄i vnã tantum habet de duabus potestatibus et amisit vnam.

De parentis pthoplasti fraude facta condolens/quãdo pomi noxialis moꝛsu moꝛte coꝛruit/ipse lignum tunc notauit damna ligni vt solueret.

¶In hoc loco apostrophat se autoꝛ. Si aliquis forte diceret: quare fuit xp̄s immolatus: ꝛ Respondetur sic. Quia condoluit de deceptione primi parentis scꝛs ade. ¶Construe. Xp̄us cõdolens fraude facta fraudulenti parentis nostri ade pthoplasti. i. primi formati quãdo coꝛruit primus parens/morte. i. in mortem: et hoc moꝛsu primi scꝛs vetiti noxialis. id est nociui: ipse christus tunc notauit. id est preordinando signauit lignum sue crucis: vt solueret. id est recuperaret damna ligni scilicet que venerant per lignum. id est pomum vetitum. ¶Bene dicit prothoplasti quia primus prothoplastus.

Hoc opus nostre salutis oꝛdo depoposcerat/multifoꝛmis proditoꝛis ars vt artem falleret/et medelam ferret inde hostis vnde leserat.

¶Bene dico q̄ christus sic notauit lignum vt solueret damna ligni: quia nullo alio modo poteramus recuperari. ideo. ¶Construe. Oꝛdo salutis nostre depoposceꝛat hoc opus vt deus carnẽ sumeret. ꝛ pabulum crucis subiret per ligni vetiam ꝛ ligni solueret: vt ars. i. deus qui est artifex oim ꝛ rerum falleret. id est destrueret artem multiformis proditoꝛis. i. dyaboli: vt illa res ferret medelam. id est salutem omniũ gentium/inde. id est ex illa re scꝛs a ligno/vnde. id est de quo ligno hostis scꝛs antiquus leserat. i. nocuerat.

Quando venit ergo sacri plenitudo tempoꝛis/miſ/

sus est ab arce patris natus orbis conditor atq; ventre virginali caro factus prodijt.

¶ Cōstrue.(Ergo)qñ.i.postq; plenitudo temporis.i.qñ vltima etas venit.i.quādo deus sacrificandus filium conditor orbis.i.xpus natus missus ab arce patris in mundum/atq; factus caro vel carnalis/prodijt.id est egrit de ventre virginali. ¶ Et nota q; sicut fl os sine macula pulcher et olens ac suauis nasciturus xps sine semine t sine crimine de vtero virginis marie prodijt.

Vagit infans inter arcta positus presepia membra pannis inuoluta virgo mater alligat pedes manusq; crura stricta cingit fascia.

¶ Construe. Infans.id est christus positus inter arcta.id est angusta presepia/ vadit.id est plangit et est vagire proprium puerorum/virgo scilicet maria mater sua alligat membra sua inuoluta pannis/et fascia.id est vitta cingit pedes/manus/et crura.

Gloria et honor deo vsq; quo altissimo/ vna patri filioq; inclyto paraclyto cui laus est et potestas in sempiterna secula.

¶ Construe. Gloria et honor vsq; quo sit deo altissimo/ vna.id est equaliter patri et filio/et inclyto paraclyto.id est gloriosso spiritussancto.id est tribus personis:cui scilicet vni deo soli est laus et potestas per eterna secula. Amen.

LUstra sex qui iam peracta tempus implens corporis se volente natus ad hoc passioni dedi tus agnus in cruce leuatur immolandus stipite.

¶ Iste hymnus continuatur sic. Xpus erat triginta annorum cum esset passioni deditus/et est lustrum spacium quinq; annorum. Et dicitur a lustrando:eo q; romani lustrebant per spacium quinq; annorum in capite totam romā. Et nos similiter per quinq; etates debemus lustrare totam romam in ecclesiam vincentē inimicos. Et possunt legi ablativi casus. Lustris iam peractis melius est in accusatiuus casibus vt sic. ¶ Construe. Xps qui est implens/t empus.i.etatem/ corporis scilz humani per sex lustra iam peracta: natus se volente.id est sua sponte natus ad hoc vt pateretur/agnus.i.xps debit⁹ passioni leuatur in cruce a iudeis immolandus.i.sacrificandus/stipite.i.in stipite.

Hic aceto fel arundo sputa clauis lancea mite corpus perforatur sanguis vnda profluit/ terra pontus astra mundus quo lauantur flumine.

¶ Construe. Hic in cruce dederunt ei fel mirrum cum aceto/arundo.id est calamus tradutur ei in signum derisionis pro sceptro. Et preter hec sputa adpibita sūt ei/mite.id est suauis corpus perforatur cum clauis et lancea:et inde sanguis t vnda profluit.id est egrit de corpore eius/quo flumine.id est pro aqua effusione sanguinis/terra.id est humilis/pontus.id est fluctuantes vitio/ astra.id est insti/et mundus.id est mundani/leuantur.id est purgantur. Per aquam debem⁹ intelligere baptismum/per sanguinem christi ms. Et dicunt quidam q; angeli boni purgati sunt de labe quam habuerant de illis qui ceciderunt. Vt lucifer t complices eius.ideo dicit astra.

Expōsitio hymnōꝝ.

CRux fidelis inter cēs arbor vna nobilis/ nulla sylua talem profert fronde flore germine dulce lignum dulces clauos dulce pondus sustinet.

¶Construe. Et qua redemit nos in cruce: omnes debemus clamare. O crux fidelis arbor inter omnes es vna. id est sola nobilis: quia nulla sylua profert talem arborem fronde. id est protectione/ flore. id est decore/ germine. id est radice. Vel flore. id est christo (qui vocatus est flos a prophetis: quia sicut flos procedit sine feditate vel aliqua putredine: ita christus existens ex vtero virginis processit sine aliquo peccato) dulce lignum fuit illud quod sustinet dulces clauos christi/ dulce pondus. id est christum.

Flecta ramos arbor alta tensa laxa viscera/ et rigor lentescat ille quem dedit natiuitas vt superni membra regis mitis tendas stipite.

¶Construe. (Et qua pretium mundi pependit in te.) ideo. O arbor vna flecte. id est humilia ramos scilicet crucis/ et laxa. id est relaxa viscera christi/ tensa. id est extensa in te: et ille rigor. id est duritia/ lentescat. id est mollescat/ quem rigorem natiuitas. id est natura dedit tibi vt tendas stipite. id est in cruce/ miti. id est humili membra superni regis.

Sola digna tu fuisti ferre secli pretium/ atq; portum preparare nauta mundo naufrago quem sacer cruor perunxit fusus agni corpore.

¶Construe. Tu sola fuisti digna scilicet pretium secli ferre. id est sustinere illum qui fuit appreciatus triginta argenteis: atq; preparare portum quasi nauta/ mundo naufrago/ periclytato. id est omnibus periclytantibus/ quem mundum sacer cruor. i. sanctus sanguis perunxit. i. mundauit: ille dico fusus de corpore agni.

Gloria et honor deo vsq; quo altissimo. vt supra.

CChorus noue hierusalem nouam meli dulcedinem promat colens cum sobriis paschale festum gaudijs.

¶Metrum est iambicum autor Ambrosius. Materia huius hymni est militare ad laudem festi paschalis: cum militauerimus contra dyabolum. Dicit ergo chorus ꝛc. ¶Nota q hierusalem primo vocabatur Jebus/ secundo Jebusalem/ tertio Salem/ quarto hierusalem. Per quem signatur multiplex homines sanctus Jebus enim interpretatur conculcamen: et hoc est quando aliquis in adolescentia intonsus efficitur. Jebusalem interpretatur pax cōculcationis: et hoc est quādo aliquis habitat et delectatur in predictis. Salem interpretatur pax: et hoc est quando aliquis est reuersus a vitijs. hierusalem autem interpretatur visio pacis: et hoc est quando aliquis fruitur celesti gaudio. Unde hoc nomen hierusalem quattuor modis accipitur quo ad literam. hierusalem est illa ciuitas palestine. Tropologice est typus. id est figura anime fidelis. Allegorice figura ecclesie militantis. Anagogice hierusalem interpretatur ecclesia triumphans scilicet chorus celestis patrie: vt hic.

¶Cōstrue. Chorus noue hierusalē. i. noue anime. s. emundatꝫ hois bene innouati et purgati a vitijs: promat nouam dulcedinē meli. i. dulce melos. Melos dicitur a mel: quia sicut mel fit ex diuersis generibus rerum: ita q melos est quod fit ex di

16124

uersis notulis nouum. Unde dicitur. Cantate domino canticum nouū. Mel enim dicitur a miscendo. Unde prohibetur in lege q̄ nemo in sacrificium poneret mel: sed semper sal. Mel enim fit ex diuersis generibus rerum. homo enim non debet esse diuersus: sed vniformis in bono. Unde vinum et siceram non bibet. Et sumitur vinum hic in mala significatione: quia vinum in se est bonum: sed abutentibus vino nocuum est tam in corpore q̄ in anima. Sicera fit ex diuersis generibus rerum que simul mixta vinū corrūpit aliud. Ut de cerusia/aut granū corrūpit aquā: aut aqua granū. Ille ergo bibit siceram qui facit aliquid quod videtur esse de genere bonorum cum nō sit. Ergo sobrie iuste et pie viuam⁹ in hoc seculo. iuste quo ad proximum/pie quo ad deum. sobrie quo ad nosmetipsos.

¶ Alcuin. Melos grecum est nec a mel dicitur.

Quo christus inuictus leo dyrrachyone surgens abruto dum voce viua personet a morte functos excitat

¶ Construe. Quo scilicet festo paschali christus inuictus leo (teste Philologo) sicut leo rugitu suo resuscitat catulum post triduanata pater in diuinis suum filii quare dictus est leo surgens. id est resurgens abruto dyrrachone. id est diabolo ipso: dum viua voce personet vt gemina viperarum quos docuit vos fugere ventura ira. Uel generaliter potest legi de angelis qui viua voce resuscitabunt mortuos ad iudicium. et sic exaltat functos a morte. id est a peccato mortali (secundum primam lecturam) vel a morte scilicet quam omnis homo habebit.

Quam deuorarat improbus/predam refudit tartarus/rapituata libera iesum sequuntur agmina

¶ Construe. Ipse scilicet deus refudit. id est retrorudit/predam. id est rapiuam quam tartarus. id est infernus/improbus. id est insatiabilis/deuorat. id est deglutierat/captiuata agmina. id est anime sanctorum detente libera. id est liberata sequuntur te scilicet christum.

¶ Alij captiuata libera legunt. non captiuata te. ꝛc.

Ipsum canendo supplices/regem precemur mulites vt in suo clarissimo/nos ordinet palatio.

¶ Construe. Nos supplices milites. i. humiles precemur ipsum regem. i. rogem⁹ christum vt ordinet nos. i. disponat nos in suo clarissimo palatio. id est in celo inter sanctos. Unde euangelista. In domo patris mei multe sunt mansiones. ꝛc.

Per secla mente nescia/patri suprema gloria/honor q̄ sit cum filio/et spiritu paraclyto. Amen.

¶ Construe. Gloria sit patri supremo. id est excelso per secla. id est per secula (per sincopam) gloria dico nescia mente. id est incomprehensibilis mente humana: quia deus incomprehensibilis est: et honor sit ei scilicet patri in diuinis cum filio scilicet iesu christo/et spiritu paraclyto. id est sancto. Amen.

¶ Lege per secla mente. id est finis nescia.

Iesu saluator seculi/ verbum patris altissimi/ lux lucis inuisibilis/custos tuorum peruigil.

¶ Materia huius hymni est oratio ad iesum vt corpora nostra laboribus diurnis fatigata nocte nocturna quete velit recreare et ab hoste nos defendere et liberare ac ne ita caro dormiret q̄ mēs ū̄ sopor̄ pernicios ū̄ incidit. ¶ Primo duo ꝟ sus legentur simul. Et ponit plura attributa iesu laudatiua et benuolentie captiua.

¶ Cōstrue. O iesu p̄e saluator. i. redēptor/seculi. i. mūdi. verbū. i. fil⁹ altissimi patris. s. dei. (Et ista generatio difficulter capi pōt. q̄ dicit Esaias. Generationē eius quis enarrabit) lux inuisibilis lucis. s. producta: hoc est claritatis gloriē celestis.

(que videri non potest carnalibus oculis:sed diuinis et glorificatis tantum.) Vel lux.id est filius inuisibilis lucis.scilicet dei patris (qui similiter videri nō potest ab oculis carnalibus. Juxta illud. Non videbit me homo et viuet)perui gil custos.id diligens obseruator et tutor tuorum scilicet fidelium.

Tu fabricatoꝝ omnium/discretoꝝ atqꝫ temporum:fes sa laboꝝes corpora/noctis quiete recrea.

¶Construe Tu fabricator id est creator omnium-scilicet rerum/atqꝫ discretor.id est distinctor et dispositor temporum per motum celi(quem tu solus gubernas)tu recrea.id est refoue ⁊ refocilla corpora scilicet nostra/fessa.id est fatigata labore scilicet diurno quiete noctis.id est per dormitionem nocturnam vt scilicet spiritus depressi in nobis vigilantibus per labores reparentur/et restaurentur per somnum.

Te deprecamur supplices/vt nos ab hoste liberes/ne valeat seducere/tuo redemptos sanguine.

¶Construe.(Ista est principalis deprecatio in hoc hymno)Nos supplices.id est deuoti/deprecamur.id est rogamus te(et sic ille prepositio de/auget aliquando/ et quandoqꝫ diminuit: vt apud Ouidium . Sepe precor mortem:mortem quoqꝫ deprecor idem.id est minime precor)immo vt mors non veniat precor vt liberes nos ab hoste.id est a dyabolo/ne.id est vt nō/ipse valeat.id est possit aut sufficiat: seducere.id est defraudare et illaqueare redemptos scilicet nos tuo sanguine effuso pro nobis tempore passionis tue.(Etiam in finem qui sequitur ordinatur dicta predicatio).

Vt dum graui in coꝝpoꝝe/breui manemus tempōre/ sic caro nostra dormiat/vt mens sopoꝝem nesciat.

¶Construe. Vt dum.id est ꝙdiu et donec manemus.id est perseueramus breui tempore qui hic vuuimus. Tempus enim vite nostre breue dicitur comparatione ad vitam celestem:quia mille anni non sunt momentum respectu regni celestis:vt dicit psalmista.Quoniā mille anni ante oculos tuos tanqꝫ dies hesterna que pretriit. Et vix potest homo hodie centum attingere.quia in potentatibus.id est in bene complexionatis octoginta anni sunt.et amplius eorum vita est labor et dolor in graui corpore qō male carnis fabricatum multis passionibus et miserijs grauatum redditur et impotens ad resistentiam hostis dyabolo et torpidum ad seruiendum deo. Et hoc tangit Aristoteles primo methaphisice dicens:ꝙ humana natura multipliciter est ancilla:vel corpore graui peccato molis criminum.Et ergo ne succumbamus qualiter cunqꝫ vel in miserijs vel in criminibus caro nostra. id est sensualitas/dormiat.id est quiescat/viuat et gerat se sic vt ꝙ mens.id est ratio nostra siue spiritꝰ nesciat sopoꝝem.id est pigritiam inordinatam somni ex qua redditur ipsa imbecillis ad operandum bona/et leuandū se a sordibus peccatoꝝ quin immo perui gil custos iesus christus sic carnem nostram dormire permittat vt anima nichilominus agilis et vigilans permaneat ad sibi seruiendum:et hosti maligno fortiter per fugam peccatorum resistendum.

Aurora lucis rutilat/celum laudibus intonat: mundus exultans,iubilat/gemens infernus ululat.

¶Materia presentis hymni est laudare omnipotentem deum/et extirpare vitia et adherere bonis operibus et virtutibus. Et nota ꝙ sancta ecclesia ideo aurora dicitur:quia sicut aurora expellit tenebras:ita ecclesia sancta exurpat singula vitia et peccata.

¶Construe.Aurora lucis rutilat.id est splendet.scilicet quando aurora pullulat

et incipit dieſcere/ celum .id eſt celeſtis creatura/ intonat .id eſt reſonat laudibus/ mundus exultans .id eſt gaudens ſubilat .id eſt letatur ſeu gloriſicatur: quia homines credentes in deum cantant laudes deo/ infernus gemens .id eſt dyabolus lugens vlulat .id eſt plangit et lamentatur: quia dolet de amiſſione eorū quos tenebat mortuos ſcilz Adam/ Abraham/ Iſaac: et alios ſanctos quos deus trāſtulit ad requiem eternam.

Cum rex ille fortiſſimus mortis cōfractis viribus pede conculcans tartara ſoluit a pena miſeros.

¶ Conſtrue. (Dico q̄ celum tunc intonat laudibus) .cum .id eſt quādo rex ille fortiſſimus ſcilicet dominꝰ ieſus chriſtus (ſupple fuit) conculcans pede .id eſt pietate ſua/ tartara .id eſt inferna/ ſoluit .i. liberauit miſeros ſcilz homines: a pena ſcz dyaboli confractis viribus/ mortis .id eſt inferni ſeu dyaboli.

Ille qui clauſus lapide cuſtoditur ſub milite/ triumphans pompa nobili victor ſurgit de funere.

¶ Conſtrue. (Vere ille rex) confractis viribus mortis .i. dyaboli/ ſoluit pena miſeros homines: quia ille qui clauſus eſt lapide .i. monumento/ cuſtoditur .id eſt vigilat/ ſub milite .id eſt ſub militibus (per figuram ſynedochen) triumphans .id eſt vincens/ pompa nobili .id eſt victoria (quia tunc animas ſpoliauit ab inferno) et ſurgit .id eſt ſurſum erigit/ de funere .id eſt de morte.

Soluti ſam gemitibꝰ/ et inferni dolōribus/ quia ſurrexit dominus reſplendens clamat angelus.

¶ Conſtrue. (Chriſtus erat victor) ſolutis .id eſt fractis iam gemitibus: et inferni doloribus .id eſt angulſtijs/ angelus reſplendens. id eſt valde nitens/ clamat. id eſt dicit. ſupple mulieribus (Ite dicite diſcipulis et petro .ꝛc.) quia ſurrexit dominus (a morte).

Triſtes erant apoſtoli de nece ſui domini/ quem pena mortis crudeli ſeruili damnarant impij.

¶ Conſtrue. (Ite dixerunt angeli mulieribus) et apoſtoli erant triſtes de nece .id eſt de morte domini: quem ſcilicet dominum impij ſerui ſcilz iudei damnarāt .id eſt damnauerant crudeli pena/ mortis ſcilicet crucis.

Sermone blando angelus predixit mulierib⁹ in galilea dominus videndus eſt q̄totus.

¶ Conſtrue. (Quia triſtes erant de nece domini) angelus predixit mulieribus blando .id eſt ſuauj ſermone dominus videndus eſt (a nobis) in galilea/ quātoꝰ .id eſt ſubito.

Ille dum pergunt concite apoſtolis hoc dicere videntes eum vulnera oſculantur pedes domini.

¶ Conſtrue. Ille ſcilicet mulieres: dum pro quando pergunt/ concite .id eſt ſollicite/ dicere .id eſt manifeſtare/ hoc ſcilicet apoſtolis: videntes .id eſt reſpicientes/ eum ſcilicet chriſtum/ vivere .id eſt vitam habere/ et oſculantur pedes domini .id eſt locum vbi poſuerunt eum.

Quo agnito diſcipuli in galileam propere/ pergunt videre faciem deſideratam domini.

¶ Conſtrue. Quo agnito .i. quo cognito vel audito ſcilicet q̄ ſurrexit dominus diſcipuli .id eſt apoſtoli/ pergunt .i. vitam peragunt/ propere .id eſt feſtinanter in ga-

bilem videre faciem domini/desideratam.id est concupitam ab eis.

Claro paschali gaudio sol mundo nitet radio cū christum iam apostoli visu cernunt corporeo.

¶Construe.Sol nitet.id est splendet/radio suo mundo in paschali gaudio/cum.id est quando apostoli cernunt iam christum visu corporeo.

Ostensa sibi vulnera in christi carne fulgida resurrexisse dominum voce fatentur publica.

¶Dicimus q̄ ꝯuis tunc apparuit discipulis: tamen quidam eorum scz thomas non credidit. Unde dominꝰ ostendit ei vulnera et ait. Noli esse incredulus sed fidelis. ¶Nota q̄ quatuor de causis cicatrices vulnerum ostendit dominꝰ.l.vt esset signum victorie:vt deinceps de resurrectione non dubitarent: qui crediderunt illum tantasticum corpus accepisse:vt esset ad patrem intercessio.

¶Construe. Ostensa sibi vulnera.id est ostensis vulneribus/sibi scilicet apostolis in fulgida christi carne/illi apostoli fatentur.id est predicant voce publica dominum surrexisse.

Rex christe clemētissime tu corda nostra posside vt tibi laudes debitas reddamus omni tempore.

¶Construe.O christe rex clementissime/tu possides.id est guberna/nostra corda. id est mentes simul cum corporibus/vt reddamus.id est persoluamus ad honorē tuum omni tempore laudes tibi debitas.

Sermone blando ꝛc.

¶Hic hymnus iam expositus est.

Ad cenam agni prouidi ꝛ stolis albis candidi post translitum maris rubri: christo canamꝰ principi.

¶Materia huius hymni est' inuocatio ad cenam agni paschalis.id est christi qui tollit peccata mundi:similiter ad communionē corporis ꝛ sanguinis eius: de quo supra.Qui māducat aut bibit indigne reus erit.ꝛc. qui vero digne vivit in eternū Nos vero positi ad cenam agni.id est ad accipiendum corpus ꝛ sanguinē christi: vel ad vitimū preceptū xp̄i:quia sicut post cenam nullum restat prandium: ita post nouum testamentū nullum restat preceptum. ¶Construe. Ad cenam agni prouidi.id est paschalis:et candidi albis stolis.id est virtutibꝰ/canamus principi.id est christo.id est laudemus eum de resurrectione post translitum maris rubri.i.baptismum vel post gloriam resurrectionis.

Cuius corpus sacratissimum in ara crucis torridum/cruore eius roseo gustando vivimus deo.

¶Construe.Sanctissimū corpus/cuius.l.xp̄i torridi.i.crematū:qz passum in ara crucis.gustando.id est suscipiendo cum roseo cruore vivimus deo.ꝛc.

Protecti paschę vespere a deuastāte angelo erepti de durissimo pharaonis imperio.

¶Construe. (Dico q̄ vivimus deo) protecti.i.defensi vel seruati:vespere paschę.i. vitima etate ab angelo deuastante.i.percutiente primogenita egypti erepti.i.liberati de durissimo imperio pharaonis.i.dyaboli.

Jam pascha nostrum christus est/qui immolatus agnus est sinceritatis azima/caro eius oblata est.

¶ Constrve. Christus est iam nostrum pascha. id est transitus de vitijs ad virtutes: quia christus est agnus. id est patiens immolatus pro omnibus nobis. Uel sic quia christus immolatus pro nobis est agn⁹ sinceritatis. id est puritatis caro eius oblata. id est sacrificata est azima. id est fermento vel sine amaritudine. Azima dicitur ab a quod est sine: et zima quod est fermentū vel amarum. Inde azima quasi sine amaritudine.

O vera digna hostia/per quā fracta sunt tartara/redempta plebs captiuata/redit ad vite premia.

¶ Cōstrue. O vera digna hostia. i. sacra per quam hostiam tartara sunt fracta/et per quam plebs captiuata. i. anime sanctorum sunt redempte: et per quā premia vite eterne sunt reddita in vita eterna.

Cum surgit xp̄s tumulo/victor redit de baratro/tyrannum trudent vinculo/et reseruans paradysum.

¶ Constrve. Cum. id est quando christus surrexit tumulo. id est de sepulchro victor redit de baratro. i. de fouea inferni/trudens. id est claudens tyrannum. id est dyabolum/cum vinculo. id est cum potestate sua: et reseruans paradysum fidelibus tuis: quia tua misericordia hoc fecisti. ꝛc̄.

¶ Uersus. Queslumus auctor omnium. ꝛc̄.

Eterne rex altissime/redemptor et fidelium/quo mors soluta deperit/datur triumphus gratie.

¶ Cōstrue. O eterne rex altissime et redemptor fidelium quo. id est per quē mors soluta deperit. id est destructa extinit (periit inquam mors eterna. id est descensus ad inferna: quia sancti illuc modo non descendunt vt ante christi passionem) triumphus. id est victoria gratie datur iam glorificans in anima et corpore glorificandis in resurrectione.

Scandens tribunal dextere patris potestas omniū: collata est iesu celitus que non erat humanitus.

¶ Constrve. Tu es scandens. id est ascendens tribunal dextere patris. i. equalitatem patris potestas omnium rerum est collata. i. attributa. s. xp̄o et hoc celitus. id est diuinitus possumus dicere q̄ solus est ad dexteram patris. ceteri ordines sanctorum ad sinistram respectu claritatis filij que potestas non erat ei collocata humanitus. i. ꝯdiu vel quando erat in mundo.

Ut trina rerum machina/celestium terrestrium/infernorumq; condita/flectant genu iam subdita.

¶ Constrve. Ut trina rerum machina. s. celestium terrestrium et infernorum condita ad te deflectant genu iam subdita. id est flectentes genua celestes/terreni et infernales sunt subdita. i. humiliata tibi. i. ad honorem tui.

Tremunt videntes angeli versa vice mortalium culpat caro purgat caro regnat deus dei caro.

¶ Constrve. Angeli videntes (humanam formam) tremunt. id est mirantur. s. q̄ videbant humanam naturam. i. per christum (ad dexteram patris collocatam et

eraltam)vt hoc vice versa mortalium:quia tenebant ⁊ mirabantur. ¶ Nota q̃ ante natiuitatem christi angeli adorari panebant: sed non postea sicut legimus de sancto iohanne/qui cũ vellet angelum adorare inquit angelus ad iohannem. Noli me adorare/seruus enim tuus ego sum et fratrum tuorum/ro scilicet ade/culpat scilicet nos.id est per adam in culpam cadimus: caro christi purgat nos.id est per christũ de vitijs purgati surgimus.caro dei.id est deus regnat(quia christus deus et homo est)

Tu esto nostrum gaudium / manens olympo pꝛeditum/mundi regis qui fabꝛicam/mundana vincẽs gaudia.

¶ Construe.O christe tu esto nostrum gaudium manens preditum.id est nobis paratum honoratum vel sublimatum.olympo.id est in celo/tu qui regis.id est gubernas fabricam mundi vincens mundana.

Hinc te pꝛecantes quesumus / ignosce culpis omnibus/et coꝛda surꝫum subleua/ad te superna gratia

¶ Quasi dicat(dispexisti gaudia mundi)et hinc nos precantes quesumus.id est deprecamur te ignosce culpis omnibus.id est dimitte nobis peccata nostra et sublena id est surꝫum leua ad te superna gratia.id est pro summa misericordia.

Vt cum rubente ceperis/clarere nube iudicis/penas repellas debitas/reddas coꝛonas pꝛditas.

¶ Cõstrue.Nos quesumus te vt cũ.id est quando nubes iudicis christi ceperit clarere repente.(Uel sm aliam literam) Et cum.id est quando ceperis/clarere.id est fulgere nube iudicis.id est christi rubente.i.clarescente deo ipso audiente a nobis repellas penas debitas per adam:et reddas.id est tribuas(per gratiam)coronas perditas per culpam et inuentas et collatas sm meritum per gratiam: quia non necessitate cogente:sed voluntate.i.gratis a morte liberauit et saluauit.

Gloꝛia tibi domine / qui scandis super sydera / cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula.

¶ Construe.O domine iesu christe qui scandis sup sydera.id est super omnes celos/gloria.id est laus:et honor sit tibi cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amen.id est fiat defectu.

Iesu nostra redemptio/amoꝛ et desiderium deus creatoꝛ omnium/homo in fine tempoꝛum.

¶ Construe.O iesu amator et desiderium nostrum.id est amor desiderabilis deus creator omnium qui es in fine temporum factus homo.vnde deus et homo:et hoc tamen vltima etate.

Que te vicit clementia/vt ferres nostꝛa cꝛimina/cꝛudelem moꝛtem patiens/vt nos a moꝛte tolleres.

¶ Construe.Que.id est quanta clementia.id est pietas vicit.id est compulit te vt ferres.id est portares / vel deleres nostra crimina. id est peccata / cruelem patiens crudelem mortem crucis pro peccatis nostris.et quare vt tolleres.id est liberares nos a morte.id est diabolo.

Infeꝛni claustꝛa penetrans/tuos captiuos redimẽs: victoꝛ triumpho nobili/ad dexteram patris residens

16124

¶ Construe. Tu penetrans. id est frangens. claustra inferni redimens sanguine tuo captiuos (qui tenebantur inde in inferno) residens ad dexteram patris. manens victor triumpho nobili. id est mirabili victoria tua.

Ipsa te cogat pietas / vt mala nostra superes / parce do et voti compotes / nos tuo vultu saties.

¶ Construe. Ipsa pietas (que coegit te vt subires mortem crucis) cogat. id est vincat te vt superes nostra mala. id est dimittas nobis debita nostra / et facias nos cō potes nostri voti. id est desiderij tui valeas. i. tua presentia.

Tu esto nostrum gaudium / qui es futurus premium: sit nostra in te gloria / per cuncta pie secula. Amen.

¶ Construe. Et tu qui es futurus nostrum premium esto nostrum gaudium. i. in presenti et in futuro: et nostra gloria. i. laus sit in te semper. id est in omni tempore per cuncta secula. Amen.

Tu christe nostrum gaudium / manens olympo preditum / mundi regis qui fabricam mundo na vincens gaudia.

Hinc te precantes. &c.

Vt cum rubente. &c.

Tu esto nostrum gaudium. &c.

Gloria tibi domine.

Iam christus astra ascenderat / regressus vnde venerat / promissa patris munera sanctum daturus spiritum.

¶ Materia huius hymni est eadem que in premisso: quia spiritus. id est consolator vel aduocatus dicitur, quia consolatur nos cum sumus in peccatis trahendo nos ad celestem patriam. ipse spiritus sanctus cum splendore feruenti apparuit discipulis suis: quia sermo ignem fatur⁹. et ideo in ignea lingua eis apparuit: quia fecit eos ardentes in dilectione dei et proximi: et perito sermone affluentes.

¶ Construe. Et hoc est q̄ christus ascēderat tam sue humanitatem astra. id est celos. et christus regressus. id est reuersus vnde venerat daturus apostolis munera promissa patris. i. spiritum sanctum.

Solemnis vigebat dies / quo mystico septemplici / orbis volutus septies / signet beata tempora.

¶ Cōstrue. Solemnis dies vigebat septies septē. i. quadraginta nouē vno addito et sunt quinquaginta. per septē intelligimus q̄ alia q̄ que septē totū tempus vite nr̄e voluit⁹ in quo debem⁹ labor are a peccatis vt penam⁹ ad illā beatitudinē que intelligit⁹ per quadraginta dies in quibus ieiunare debemus vt peruenire possim⁹ ad diē sabbat. id est ad requiem quo die mystico. i. figurato septemplici. id est per figuram septemplicem: orbis. id est septimana. volutus septies. i. per quadraginta et nouem dies. signat beata tempora. i. futura. id est eternam requiem.

Dum hora cunctis tertia / repente mundus intonat: orantibus apostolis / deum venisse nunciat.

¶ Construe Et quia christus ascenderat) dum hora tertia videbatur esse cunctis id est omnibus apostolis: mundus intonat repente .id est subito : et ille sonus vel mundus nunciat deum venisse omnibus apostolis . id est simul in vnum locum congregatis: et omnibus et expectantibus promissionem domini sui .scilicet xpi cum ipse de illa promissione ante eius ascensionem locutus fuisset dicens. Ecce ego et vemo ad vos et mittam vobis paraclytū.id est consolatorem: qui docebit vos omnem varietatem. Et ita facti perfectiores in omni scientia erant: quia diuersa genera linguarum loquebantur et predicabant magnalia dei.

De patris ergo lumine/decorus ignis almus est: qui
fida christi pectora/calore verbi compleat.

¶ Construe. (Et quando quidem pater misit spiritum) ergo ignis .id est spiritus decorus .id est pulcher est almus de lumine patris: qui spiritus compleat .id est vt haberem scientiam loquendi pectora apostolorum vel hominum fida .id est fide lia christi: et hoc cum calore .id est ardore spiritussancti/verbi .id est filij.

Impleta gaudent viscera/afflato sancto spiritu/vo
ces diuersas intonant fantur dei magnalia.

¶ Construe. Viscera apostolorum impleta .id est sattata gaudent: quia fecit eos loquentes/et etiam ardētes in amore: et afflato .id est aspirato spiritu sancto intonante diuersas voces .idest generationes omnium linguarum .t fantur .id est predicant magnalia dei .id est mirabilia dei omnipotententis.

Ex omni gente cogniti/grecis latinis barbaris/cun
ctisq; admirantibus/linguis loquuntur omnibus

¶ Construe. Ex omni genere .id est ex omnibus gentibus cogniti sunt apostoli .s. a grecis/latinis/barbaris/cunctisq; admirantibus apostoli/loquunt linguis omnibus que sunt quinquaginta vel paulo plures.

Judea tunc incredula/vesana toxato spiritu/ructare
multi crapulam/alumnos christi concrepat.

¶ Ita loquebantur vt omnes admirabantur sic loquentes: et credunt in eis deus esse. ¶ Cōstrue. Sed iudea incredula .id est plebs iudeorum .id est infidelis et perfida: et illis vesana .id est insana/toxico spiritu .id est superbo concrepat alumnos .id est discipulos christi ructare crapulam multi .id est ex ebrietate loqui.

Sed signis et virtutibus occurrit/et docet petrus/
falsos probauit perfidos/iohelis testimonio.

¶ Estimabant iudei q; pro temunio potu multi .id est per ebrietatem apostoli taliter loquebantur. ¶ Construe. Sed petrus occurrit signis. id est miraculis et virtutibus docet idem probat perfidos iudeos probauit loqui falsa testimonio iohelis prophete. Probat enim Johhel sic. Effundam de spiritu meo super omnē carnem et prophetabunt filij vestri et filie vestre.

Sit laus patri cum filio/sancto simul paraclyto/no
bisq; mittat filius/charisma sancti spiritus. Amen.

¶ Construe. Laus sit filio t simul sancto paraclyto .id est spiritui sancto et mittat nobis omnibus fidelibus charisma .i. donum sancti spiritus. Amen.

¶ In die sancto penthecostes.

**Uēni creator spiritus / mentes tuorum visi=
ta imple superna gratia / que tu creasti pe=
ctora.**

¶ Materia huius hymni est inuocatio spiritussancti quem pater et filius promi=
serat qñ dixit Joheł. Effundam de spiritu meo super omnē carnem. Filius pmi=
sit qñ dixit. Si abiero non veniet paraclitus. Et apostolis oratibus in hora tertia mundus intonuit: et subito venit spiritussanctus & apostoli in=
flammati et repleti spiritussancto diuersis loquebantur linguis magnalia dei.
¶ Intentio autoris est rogare deum vt purget pectora nostra superno splendore et illuminet gratia spiritussancta: et expellat a nobis visibiles et invisibiles hostes vt habeamus vitam quam nēt cum ipso. ¶ Construe. O creator sancte spirit⁹ dei veni & visita mentes tuorum fidelium: et veniendo imple pectora superna gra=
tia / que tu creasti. id est fecisti.

**Qui paraclyt⁹ diceris donum dei altissimi fons viu⁹
ignis charitas et spiritalis vnctio.**

¶ Construe. Qui paraclytus. i. consolator diceris donum dei altissimi: et diceris fons viuus (de quo non cōmunicat alienus: vel fons aque salientis in terram.) et diceris ignis: quia corda hominū ad dilectionē dei et proximi accendis / et vitia. id est peccata consumis / et diceris charitas: quia facis diligere deum et proximū: et diceris spiritalis vnctio: quia de spirituali vnctione. i. de spiritu sancto vngis corda hominum vt humilientur in susceptione sacri baptismatis.

**Tu septiformis munere dextre dei digitus tu rite p⁹
missio patris sermone ditans guttura.**

¶ Construe. Tu septiformis munere. id est per septem dona gratiarū. Sūt enim septem dona spiritussancti. i. spiritus sapientie et intellectus / spiritus consilij & fortitudinis / spiritus scientie & pietatis et amoris. Tu es digitus. id est potentia dex=
tre dei: quia sicut nodi digitorum sunt varij: ita varia sunt dona spiritussancti: et tu es ditans. id est faciens diuites / guttura. id est pectora / rite. id est iuste / sermo=
ne. id est amore sc̄ilicet promissi patris. xē. Uel sic tu es promissum patris ditans guttura sermone.

**Accende lumen sensibus infunde amorem cordibus
infirma nostri corporis virtute firmans perpetim.**

¶ Construe. (Et quia tu operaris ocia) accende lumen sensibus. i. mentib⁹ nostris et infunde cordibus nostris amorem. i. dilectionē dei / tu infirmans. i. corroborās infirma. i. debilia nostri corporis. perpetim. i. perenniter vel perpetua virtute. i. mi=
rabiliter cum virtute perpetua: et super nos firmans. id est protegens.

**Hostem repellas longius pacemq; dones ptinus / du
ctore sic te previo vitemus omne noxium.**

¶ Construe. Repellas. i. remoueas a nobis / longius. id est procul / hostem scilicet nostrum pro et / & dones pacem protinus. id est citor: vt sic vitemus omne noxiū. id est peccatum de primo ductore.

**Per te sciamus da patrem noscamus atq; filium te
utriusq; spiritum credamus omni tempore. Amen.**

¶ Construe. (O sancte spiritus). Da per te vt sciamus patrem atq; noscam⁹ filiū: et credamus te spiritum sc̄ilz sanctum vtriusq; scilicet patris et filij. id est pceden=
tem ab vtroq; omni tempore. Amen.

Adesto ſcta trinitas par ſplendoꝛ vna deitas qui eꝛtas reꝝ omnium ſine fine pꝛincipium.

¶ Conſtrue. O ſancta trinitas/ adeſto .i. prope ſis/ tu es par ſplendor. id eſt vna deitas: qui deus eꝛtas. id eſt permanes pꝛincipium omnium rerum. id eſt creaturarum ſine fine: quia non eſt finis: neꝝ pꝛincipium in deitate.

Te celoꝝ milicia laudat adoꝛat pꝛedicat: tripleꝛqꝝ mundi machina benedicit per ſecula.

¶ Conſtrue. Milicia celoꝝ. id eſt angeli ſiue ſpiritus celeſtes laudat te deum in trinitate: adoꝛat ſcilꝛ te/ q̄ pro et/ et tripleꝛ machina mundi. ſcꝛ celeſtis/ terreſtris/ et infernalis benedicit. id eſt, benedicendo laudat ſcilicet te/ per ſecula. id eſt eternaliter.

Aſſumens q̄ nos cernui/ te adoꝛãtes famuli: vota pꝛeceſqꝝ ſupplicum hymnis iunge celeſtium.

¶ Conſtrue. Et nos cernui. id eſt deuoti/ famuli .i. ſeruitores/ aſſumus .i. preſentes ſumus nos adoꝛantes .i. precantes te ſcilꝛ deum iunge vota .i. deſideria: q̄ p et/ et preces. id eſt oꝛones ſupplicum .i. deuotoꝝ hominũ/ hymnis. id eſt laudibus celeſtium ſcilꝛ ſpirituum.

Vnum te lumen credimus quod q̄ ter idem colimus alpha et oo quem dicimus te laudet omnis ſpiritus.

¶ Conſtrue. Nos credimus. id eſt ſcim⁹ te. ſcilꝛ deum vnum lumen quod lumen te colimus. id eſt honoꝛam⁹ idem ſcilꝛ lumen/ ter. id eſt triplicater ſcilꝛ in patre et filio et ſpiritu ſancto: et vnum deum in trinis/ quem deum dicim⁹ .i. nolamus/ alpha. id eſt pꝛincipium/ et oo. id eſt finem/ omnis ſpiritus. id eſt omnis homo laudet te ſcilꝛ deum honorando. ¶ Tractum eſt ex ſerie literaꝝ grecarum: vt p̄ma dicatur alpha et oo .i. pꝛima dicitur alpha et vltima omega .i. o magnum: et ſic merito ſcriberetur non omicron.

Laus patri ſit ingenito/ laus q̄ vnigenito/ laus ſit cũ ſancto ſpiritu trino deo q̄ ſimplici.

¶ Conſtrue. Laus ſit deo ingenito .i. non gꝛiato ſcilꝛ patri et laus ſit ei deo vnigenito. id eſt filio laus ſit cum ſancto ſpiritu trino deo. ſcilꝛ in perſonis: et ſimplici ſcꝛ deo in vnitate ſubſtantie.

O Pater ſancte mitis atqꝝ pie ieſu chriſte fili venerande paracliteqꝝ ſpiritus venerãde alme deus eterne.

¶ Conſtrue. O ſancte pater (facis ſanctos credentes in te) q̄ mitis. id eſt benigne per effectum: quia facis nos mites et pios: atqꝝ pro q̄/ o pie ieſu chriſte. tu fili. ſcilicet patris venerande. id eſt honorande (quia de iure debemus te venerari et laudare) q̄ pro et/ et paraclyte ſpiritus/ o venerande deus/ o alme deus/ o eterne deus.

Trinitas ſancta vnitaſqꝝ firma/ deitas vera/ bonitas immenſa: angeloꝝ ſalus/ oꝛphanoꝝ ſpeſqꝝ cunctoꝝ.

16124

¶ Construe. O trinitas. id est o deus in trinus personis/q̄ pro et o vnitas firma .i. in essentia/et o deitas vera: qua tuos semper veraces facis: quia veritas es/et o immensa bonitas. id est incomprehensibilis/tu lux. id est splendor angelorū/salus orphanorum. id est peccatorum indulgentiam petentium. q̄ pro et spes. id est confidentia cunctorum scilicet hominum.

Seruiunt tibi cuncta que creasti/te tute cuncte laudant creatorē nos quoq̄ tibi psallimus deuote tu nos exaudi.

¶ Cōstrue. (O sancta trinitas) cuncta. id est omia que tu creasti seruiunt tibi scilicet trinitati/cuncte nature tue laudant te scilicet deum in trinitate: q̄ pro et/ nos deuoti scilicet supplices psallim⁹ tibi scilicet deo/et exaudi nos scilicet psallentes laudem tuam.

Gloria tibi omnipotens deus trinus et vnus magn⁹ et excelsus decet hymnus laus honor & decus nunc et in euum.

O Lux beata trinitas et principalis vnitas/iam sol recedit igneus/infunde lumen cordibus.

¶ Materia huius hymni sumitur circa qualitatem temporis die recedente et nocte aduenīte. Inuocat trinum deum in personis: et trinitatē in vnitate: vt infundat cordibus nostris lumen spiritussancti: vt laudare mereamur deum tam in prosperis q̄ in aduersis: et ita concedat nobis transire diem et noctem sine peccato.

¶ Construe. O beata trinitas. i. o deus qui es lux hominum vel mundi seu angelorum/et vnitas principalis. i. que habet principatum super omne quod est. iam sol igneus. i. ps̄a recedit scz a nobis. et ideo infunde lumen. i. dona spiritum sanctum. cordibus. i. sensibus nostris vt scilicet illud habere mereamur.

Te mane laudum carmine/te deprecamur vesperi/te nostra supplex gloria/per cuncta laudat secula.

¶ Construe. O christe infunde spiritum sanctū te deprecamur/et vt adimus nos laudum carmine (et ladamus) te mane. id est semper: quia omni tempore debemus laudare te deum (secundum prophetam) et deprecamur. id est rogemus/vesperi. id est in fine mundi/et nostra supplex. id est humilis gloria, laudet te scilicet ps̄m per cuncta secula. i. per omne tempus.

¶ In dedicatione ecclesie.

Urbs beata hierusalem dicta pacis visio: que construitur in celis vivis ex lapidibus/et angelis coronata vt sponsata comite.

¶ In hac p̄memoratione celestis hierusalē autor laudat deū qui hoc tempore sacro infundit mētes suā benedictionē quapropter rogat deum vt in hoc tēp̄ sancto templo oēs p̄meremur acquirere eterna bona et illa q̄ sunt sanctis possidere.

¶ Construe. Beata vrbs hierusalē est ciuitas celestis cōstituta de animabus sanctis qui sunt vivi lapides & interpretat visio pacis. que hierusalem construitur in celis ex vivis lapidibus. i. sanctis animabus illa dico coronata. i. in angelis vt sponsata comite. i. sicut mulier ornata viro. i. sponso/ita ecclesia christo.

Nova veniens e celo nuptiali thalamo preparata vt

sponsata copuletur domino/platee ꝛ muri eius ex auro purissimo.

¶ Construe. Nouа sponsa.id est ecclesia veniens e celo.id est christo preparata/nupuali thalamo.id est virginali vel lauacro baptismatis vt pro sicut sponsata copuletur.id est coniugatur domino platee.id est minus perfecti/et muri.id est predicatores illius sponsi sunt ex auro purissimo .id est ex splendore sanctorum qui splendidi efficiuntur sicut aurum purissimum.

Tunsionibus pzelluris expoliti lapides suis ꝙ aptantur locis per manus artificis disponuntur permansuri sacris edificijs.

¶ Construe. Lapides.id est sancti martyres/expoliti.id est aptati ad edificandū tunsionibus.id est per cuilibet afflictu pressuris.id est tribulationibus: sicut lapides in muro sunt edificati ita anime sanctorum sunt ordinate in paradyso.ꝙ pro et/disponūtur aptantur/ordinantur suis locis.per manus artificis. id est per manus filij dei.permansuri scilicet lapides viui/sacris edificijs.id est celestibus edificijs.

Porte nitent margaritis adytis patentibus et virtute meritoꝝ illuc introducitur omnis qui pro christi nomine in hoc mundo premitur.

¶ Construe. Porte scilicet templi nitent.i.splendent/margaritis.i.virtutibus adytis luminibus patentibus.id est apertis sacris templis et hic.i.in templo/vel ꝓpianus qui pro christi nole premi.i.cruciat/introducitur illuc.i.in celestē hierusalē virtute meritoꝝ.i.bonoꝝ operū suoꝝ. ¶ Adyta sunt sacraria que adire non licet nisi summo pontifici:que in dedicatione patent.

Angularis fundamentū lapis christus missus est qui compage parietis in vtroꝙ nectitur quem sancta syon suscepit in quo credens permanet.

Nil canitur suauius / auditur nil iocundius / nil cogitatur dulcius / q̄ iesus dei filius.

¶ Cõstrue (Ideo dicit) Nul. i. nichil/canitur. i. hymnizatur in ecclesiꝫ vel extra/ si amus. i. micius/et nil audiur. i. aure percipitur/secundus. i. hylarius. i. nil cogitatur sez in mente hominis dulcius ꝯ iesu. i. illud nomen dei filius.

Iesu spes penitentibus/quãm pius es petentibus/quam bonus te querentibus/sed quid inuenientibus.

¶ Construe. O iesu/spes. id est salus/penitentibus. id est penitentiam agentibus o quãm. id est ꝯ misericors es petentibus te. o ꝯ bonus es scilicet querentibus te sed quid. id est o qualis es inuenientibus te per gratiam.

Iesu dulcedo cordium/fons vite lumen mentiũ/excedis omne gaudium/et omne desiderium.

¶ Construe. O iesu existens dulcedo cordiũ scilicet bonorum hominum/fons vite eterne/lumen. id est claritas mentiũ nostrarum/tu excedis. id est precedis omne gaudium scilicet mundum et omne desiderium scilicet humanum.

Nec lĩgua potest dicere/nec littera expumere/expertus nouit credere/quid sit iesum diligere.

¶ Construe. Nec lingua. i. nulla lingua/ꝫis potest dicere. i. ore fari/nec littera. i. scriptura potest expumere. id est manifestare quid sit iesum diligere: sed solus expertus. id est probatus nouit credere. id est scit.

Iesu rex admirabilis/et triumphator nobilis/dulcedo ineffabilis/totus desiderabilis.

¶ Est enim illud nomen iesus hominibus mirabile/demonibus horribile/ angelis laudabile. ¶ Con. O iesu rex admirabilis. i. gratus admiratione plenus apud homines/et nobilis. i. virtuosus/triumphator. id est victor erga dyabolum: et ineffabilis. id est quasi non fabilis dulcedo/et desiderabilis. i. desiderios us.

Mane nobiscum domine/nos tuo replens munere/pulsa noctis caligine/tua pasce dulcedine.

¶ Construe. O dñe iesu mane nobiscum in corde/et replens nos peccatores tuo munere. id est gratia/et pasce. i. nutri nos/tua dulcedine. id est charitate/pulsa. id est expulsa/caligine. i. obscuritate/noctis. i. dyaboli vel peccati.

Gloria tibi domine qui natus. ꝛc.

¶ In laudes hymnus.

Iesu auctor clementie/totus spes leticie/dulcoris fons et gratie/vere cordis leticie.

¶ Iste hymnus cantatur ad laudes et secundas vesperas de dulcissimo festo nominis iesu: et eorum explanat excellentiam et virtuositatem eius. ¶ Construe. O iesu auctor. id est augmentator/clementie. id est bonitatis/et spes. id est dasiderium totus leticie gaudij spiritualis: et es fons dulcoris. i. suauitatis et gratie/es vere delicie. id est delectationes cordis humani.

Iesu decus angelicum/in aure dulce cãticum: in ore mel mirificum/in corde nectar celicum.

¶ Construe. O iesu decus angelici. i. honor celestis hierarchie/nomẽ tuũ est dulce canticũ. i. iubilatio/in aure. i. in audiru/et mirificũ mel. i. mira faciens in ore fidelium: et nectar celicum. i. dulcissimus potus celestis in corde scilicet hominum.

16124

Jesu flos matris virginis/fauus nostre dulcedinis: decus humani generis/da lucem veri luminis.

¶ Construe. O iesu tu es flos. id est filius matris virginis marie: et existens fauꝰ. id est bñsica illa dulcedo in cera mellis tm̄ per ꝓphonet dictum nostre dulcedinis: et tu existens decus. id est honor humani generis/da. id est tribue/lucem veri luminis scilicet nobis peccatoribus.

Jesu sole serenior/et balsamo lanior/omni dulcore dulcior/pre cunctis amabilior.

¶ Construe. O iesu tu es serenior. id est clarior sole/suauior. id est suauiorem odorem dans balsamo: et dulcior omni dulcore. id est suauitate: et amabilior pre cunctis scilicet rebus.

Jesu summa benignitas/mira cordis iocunditas/in comprehensa bonitas/nos stringat tua charitas.

¶ Cōstrue. O iesu summa benignitas. id est excelsa virtuositas/mira iocunditas. id est hylaritas cordis nostri: et incōprehensa bonitas. ideo tua charitas stringat. id est firmiter teneat nos: quia charitas omnia suffert.

Rex virtutū rex glorie/rex insignis victorie/iesu largitor gratie/honor celestis curie.

¶ Construe. O iesu tu es lux virtutū/rex glorie/et rex insignis victorie. i. triumphi et tu es largitor. i. dator gratie/et tu es honor. i. decus/celestis curie. id est celi.

Te celi chorus predicat/et tuas laudes replicat: iesus orbem letificat/et nos deo pacificat.

¶ Construe. O iesu qꝝ tu es rex glie celestis/chorus celi. i. angelorꝫ/predicat te. s. tuū nomē/et replicat. i. plangit tuas laudes/et iesus illud nomē letificat orbem. id est totū mundū fidelem/et pacificat. i. pacificē nos pctōres deo. i. patri olpotenti.

Gloria tibi domine: qui natus. &c. vt supra.

¶ Sequuntur hymni de visitatione Marie virginis. Ad vesperas.

Festum matris glorioſe plebs ſancta concele/bret pietatis viſcerose gratiā expoſtulet quaꝫ cognata copioſe ſenſit hic elizabeth:

¶ Ille hymnus cantatur in festo visitationis gloriosissime marie virginis nouiter instituto ab vrbano papa sexto: qui ampliando festiuitatibus antiquis nouam sibi peraddere festiuitatē pro studio decreuit: qꝝ post conceptionē incarnati verbi cognatā suā elizabeth humiliter salutarat. Exultemus igit hac die tot et tanta excelsa fidei nostre miracula debita reuerētes veneratione. In qua festiuitate extollitur virginis Marie matris dei gloriosa fecunditas. Xpi aduentꝰ in carnē predicatur. Pueri exultantis iohannis baptiste nona fiūt preludia/et matris elizabeth gratia confirmat. &c. ¶ Cōstrue. Sancta plebs. i. deuota concio fidelium: concelebret. id est simul veneretur festum scilicet hodiernum glorioſe matris marie supplie et expoſtulet. i. roget gratiā/viſcerose pietatis. id est exultationē in pijs visceribus scilicet conceptionis: quam scilicet gratiam conceptionis in vtero virginis elizabeth cognata eius ſenſit hic copioſe. id est gratioſe.

Fecūdate senectutis sterilem aggreditur que dūnde iam virentis matrē clam efficitur gratulatur tam salutis consortem alloquitur.

¶Construe. Supple maria virgo aggreditur. id est visitat sterilem scz Elizabeth cognatam que vocatur sterilis: fecundate senectutis. id est fecunde. i. fructifere senectutis scilz marie efficitur. id est effecta est mater diuine virtutis scilz christi clam. id est occulte: et ipsa gratulatur. id est letatur: cum alloquitur consortem. id est consociam eiusdem sortis: salutis scilz diuine.

Vox non loquens exultauit ad verbi presentiam sed elizabeth expauit matris excellentiā bñdicta que clamauit fructus affluentiam.

¶Construe. Supple infans iohannes non loquens exultauit. id est gauisus fuit ad presentiam verbi per virginem mariā incarnati: sed elizabeth exponit. quo-modo sciendo mirabat: que. s. elizabeth/ clamauit. i. dixit excellenter. i. superemineūs gratiam/ affluentiā. id est largam fecunditatē fructus scilz ventris matris sue marie: hoc est iesu christi dicens. Benedicta tu.

Unde michi quisq̄ putet hoc ait presagium vt deuote me salutet mater regis omnium: ventris mei fructum mutet in nouum tripudium.

¶Construe. (Supple elizabeth) ait. id est dixit/ quisq̄ putet. id est quis est homo qui opinatur vel cogitat: vnde. id est a quo scilicet elizabeth hoc presagium. id est hec annūciatio futurorum: seu gratis humana/ vt mater scilz marie virgo regis omnium scilicet rerum/ salutet me deuote. id est humiliter: et q̄ eius presentia mutet. id est moneat fructum ventris mei (hoc est precursorem dominum) in nouum tripudium. id est gaudium et plausum vel leticiam: quas exultauit infans se reuerendo ad christum.

Virgo dum sic cōmendatur canticum leticie: psallens pure gloriatur in amore gratie: quo beata predicatur in omni progenie.

¶Cōstrue. Virgo scilicet maria commendatur. id est laudatur/ magnificat. &c. Dum scilicet elizabeth psalliens. id est canens dicendo canticum. id est hymnum leticie/ benedicta tu inter omnes mulieres: et ipsa gloriatur in amore pure gratie scilz diuinitatis: quo. id est propter quod scilz maria predicatur. i. magnificatur/ beata. id est benedicta in omni progenie scilicet humane carnis.

Trine deus summe pie regnās eternaliter/ prece virginis marie nos conserua iugiter: vt post finē huius vite viuamus perenniter.

¶Construe. O summe pie deus et trine in personis regnans eternaliter. id est in eternum/ tu conserua. i. custodi nos peccatores/ iugiter. id est clementer/ prece. id est rogatu virginis marie vt viuamus scilicet recti/ perenniter. id est per eum post finem huius vite: hoc est quando ingrediemur viam vniuerse carnis.

¶Ad matutinas hymnus.

16124

Quando salus affutura virgo mater inclyta ge-
nu simplex mente pura/specie pfulgida cū
celesti genitura pcessit in publica.

¶ Iste hymnus similiter canitur ad laudem virginis visitantis suam cognatam
Elizabeth in transmontana abeuntis. ¶ Cōstrue. Virgo mater inclyta .i. glorio-
sa maria existens affutura .i. profutura salus mundi scilz huj⁹ ex⁹ simplex .i. hu-
milis/genu .i. motu⁹ et pura mente pfulgida .i. preclara facit/ pcessit .i. exiuit in
publica .i. manifesta oibus hoibus cū ciecti genitura .i. gñatione diuinitatis.

Caput conterens draconis rubus qui non britur/
aaron virga gedeonis vellus quo perfunditur/hec p-
fecta salomonis que beata dicitur.

¶ Construe. Hec beata virgo maria ascribitur figuris typicis veteris legis. qm
(vt dicitur Gene. iij.) ipsa est cōterens caput draconis .i. contrīpens potestatē dya
boli per suam salutiferam genituram et ipsa est rubus (quem viderat moyses) qui
non vritur (sed incombustus .i. incorrupta pmanens virgo) ipsa virga aaron illius
prophete (data illi in exitu israelitici populi) pfulgida vellus gedeonis quod perfundit
supplie pluuia cum alibi esset siccitas. (Gedeon enim interpretat experimentū ini-
quitatis eorum) ipsa hec maria que dicitur beata et perfecta .id est perfecte com
pleta salomonis. ꝛc. ¶ Aliter. Melius sic. Et perfecta salomo .i. illa quam salo-
mon desiderat dicēs. Mulierem fortem quis inueniet. Et tota pulchra es amica
mea et macula non est in te.

Genitrix emanuelis virga iesse floruit/ostiū ezechie-
lis quod viro nō patuit/mons quo lapis danielis sta-
tuam comminuit.

¶ Construe. (Hic iterum virgini figure typice veteris legis ascribitur p eam cō-
plete.) Nam ipsa genitrix emanuelis (dei nobiscum) vt virga iesse floruit. et ipsa
ostium ezechielis prophete: quod non patuit viro (per ingressum. id est fortitudo
dei) et ipsa dicitur mons quo .id est in quo lapis communuit statuam Danielis (vt
ibidem dicitur.)

Sic in mūdo preter morem notum fecit dominꝰ/ca-
stis mater conditorem circūdat visceribus/terra gi-
gnit saluatorem nubibus pluentibus.

¶ Construe. Dominus in celo notum fecit in mundum. scilicet figuratum mysti-
cum & typicum manifestauit: preter morem .id est humanam consuetudinē ma-
ter scilicet maria circundat .i. obumbrat conditorem deum .i. castis visceribus. id
est almo ventre: terra (pro maria) gignit .id est germinat saluatorē .id est christum
nubibus pluentibus .id est spiritu sancto obumbrante.

Virgo chara charitatis feruens desiderio/caste con-
sanguinitatis fauet ministerio/gaudens huius noui
tatis sancto puerperio.

¶ Construe. Virgo chara scilz maria feruens .id est ardens desiderio cha
ritatis christi fauet .id est assentit ministerio .id est seruitio caste consanguinitat⁊
(quo deus homo factus) et gaudens sancto puerperio .i. genitura gratiosa huius
nouitatis .id est christi incarnati.

Felix domus zacharie talem habens hospitem/ felix cognata marie quam suscepit comitem/ sed iohānis et messye tu distingue limitem.

¶ Construe. O felix domus zacharie. i. patris iohānis (qui interpretat memoria dñi habēs. i. suscipiens talem hospitem. scz mariā grauidam: et o felix elizabeth cognata marie scīz virginis: quam mariam suscepit comitem. id est gratuite accepit sociam itineris et more. sed pro tamen tu distingue. id est differenter pone limitem callem iohānis in vtero elizabeth: et messye. id est christi in aluo marie virginis (Messyas hebraice christus grece vnctus latine.)

Laus sit summo genitori qui regnat per omnia/ laus sit nostro redemptori per quem venit gratia/ procedenti creatori sit equalis gloria.

¶ Constructio plana est de gr̄az actione patri et filio et spiritui sancto.

¶ Ad laudes et ad secundas vesperas.

O Salutaris fulgens stella maris/ generans p̄lem veritatis solem mater bonorum clemens famulorum suscipe votum.

¶ Construe. O salutaris. i. saluificās fulgens. i. splendēs stella maris. s. virgo maria tu es generās p̄lem. s. x̄pm solem veritatis. i. iusticie et tu clemens. i. benigna mater scīz x̄pi: suscipe. i. accipe votum. i. desiderium bonorum famulorum. i. deuotorum tuorum seruorum. ¶ Numerus est syllabarum quum sapphico carmine sed non seruatur ratio temporum seu ḡtratum.

Congratulamur t̄ tuas conamur canere laudes que deo congaudes sed non condignis p̄ualemus hymnis dicere totum.

¶ Construe. O maria nos congratulamur. i. simul letamur: et conamur. id est nitimur canere. i. pangere tuas laudes. id est dulces hymnos: que scīz virgo congaudes. id est simul gaudes deo scīz filio tuo: sed nos non p̄ualemus. i. nō possumus dicere. id est exprimere totum. i. ad plenum condignis hymnis. i. meritis et laudibus (te extollere ꝛ efferre.)

Quam veterana traxit in montana gressu festinam rosam matutinam tibi iubilamus et concelebramus hec tua festa.

¶ Construe. Quam. s. mariam veterana. i. senex elizabeth traxit. s. amore suo festinam gressu. i. velocem cursu in montana. i. in trāsmontana: et ideo nos iubilam⁹. id est cum iubilo cantam⁹ tibi marie rosam matutinam. i. oratione matutinalem et cōcelebramus. i. simul festamus hec tua festa hodierna.

Vocē rachelis exaudi de celis que te nūc orat filiosq; plorat/ potēs regina gratia diuina pellens molesta.

¶ Construe. O potens regina scīz maria exaudi vocem rachelis. i. filius mulieris que orat nunc te: et plorat filios suos: et tu pellens. id est fis expellens molesta. i. molestias nostras: gratia diuina. id est celesti.

16124

O mediatrix orbis reparatrix/laus angelorū/salus infirmorū nostratūq; hostem ꝓcul aīas repume seuū.

¶Construe.O maria mediatrix inter deū et hoiem:et reparatrix.i.restauratrix orbis.i.mūdi gdutiexpīs laus.i.decus angelorū.et salus infirmorū.q; p et tu repume id est expelle seuum hostem.s.antiquum.i.crudelem dyabolum.

Sit bñdicta trinitas inuicta per quā beata virgo coronata meruit frui fructu ventris sui nunc et in euū.

¶Construe.Inuicta.id est inseparabilis trinitas sit benedicta per quam trinitatem beata virgo scīz maria cōronata meruit frui.id est vti fructus ventris sui.id est filio suo christo/nunc.id est iam/et in euum.id est eternaliter.

¶Sequuntur hymni de sancta Anna matre Marie virginis. ¶Ad ꝓmas vesperas.

Ave mater anna plena melle canna: cui marem passa nulla coequanda.

¶Iste hymnus cantꝫ in natali sancte Anne matris marie ꝟginis et ioachin pfis fuit:ex quorū carne vt ex radice ielle virgo maria traxit originem: vt per vētris sui fructū.i.iesum xpm populo xpiano suo deus mitteret redemptōē.Congratulemur ideo felix concio et collectio xpifidelium in ei⁹ laudibus et cum deo devotione resultet.Hec est enī stirpe bñdictionis thece:de qua celestis figulus ollam spei nostre composuit:que ex diuini roris ymbra conceptum verbum dei humano generi peperit incarnatū.ideo dic.¶Cōstrue.Aue anna mater scīz marie/plena melle/et canna.i.stipite vel arundine virge ielle/cui.s.tibi anne nulla mulierū passa: marem.i.habens virum est coequanda.i.assimilanda.

Aue ꝓdicanda superexaltanda/mater matris poli regis atq; soli.

¶Construe.O ꝓdicanda.i.excellenda et superexaltanda/ aue.i.salue scz anna mater matris scīz marie/regis poli.id est celi/atq; ꝓ et soli.i.terre.

Quam vis velit fari siue meditari: reddit sibi votu christus per quem totum.

¶Construe.xps.i.saluator noster/reddit.i.dat/sibi scz anne/votū.i.desiderium/quam.i.magīq;/vis.id est facultas hominis/velit.id est possit fari loqui siue meditari.i.excogitari.Aut quod melius quam referat sanctā annā: et tunc fiet alia constructio per quē scīz xpm factū totum.ꝛc. ¶Alii legunt. Quid vel.s fari siue meditari reddit tibi totum habes per quem votum.

Ergo te rogam⁹ tibi supplicamus/vt quod potes velis ꝓece da nos celis.

¶Construe.O scā anna.Ergo.id est ꝓpterea nos ptōres rogam⁹ te:vt supplicamus tibi.i.supplicater petim⁹:vt velis scīz dare qō potes.i.quod vales rogando apud xpm:et da.i. adimplere cōcede nos scīz petentes christifideles ꝓece scīz tua/celis.id est in celis/ apud nepotem tuum dominū nostrum iesum xpm.ꝛc.

Placans nobis natam mundo per te datam:illa natum suum tu nepotem tuum.

¶Construe.(Et tu sancta anna) sis placans.id est mitigans exorando nobis fide-

libus/natam.id est filiam tuam mariam/datam.id est genitam per te:mundo scꝫ ad salutem vt illis sit placans.id est pacificans/filium suum.id est filium christum tu dico felix anna sis placans nepotem tuum.id est christum.

Laus sit trinitati/laus sit vnitati/laus patri nato/ lausqꝫ paraclyto. Amen.

¶ Cōstrue. Laus.i. honor sit trinitati.i. deo in trinis personis laus sit vnitati.i. deo in essentia laus sit patri/nato.i. filio/qꝫ pro et/paraclyto.i. spiritui sancto.

¶ Ad matutinas hymnus.

IN anne puerperio nox fugit huius seculi: et illuxit cum gaudio dies totius populi

¶ Iste hymnꝰ cantꝫ fit per ecclesiam ad laudē sctē Anne mris Marie. In quo hymnographus nos illā ꝓmendare et laudare exhortat: qz ipa per puerperiū suū.i. mariā totiꝰ populi xpiani salutē et redemptionē genuit: nā per ipsā orta est maria virgo/ꝑ virginē xps salvator. ¶ Cōstrue. Nox.i. peccm originale vel dyabolus huiꝰ seculi.i. huiꝰ mūdi/fugit.i. recessit in puerperio/anne.i. matris marie (hoc est quando Anna peperit mariam) et dies.i. lux vel christus redemptor totius populi scilicet christi fidelis/illuxit.i. resplenduit/cum gaudio.id est hilaritate.

Hec radix fecunda germinat expers cūctis illecebris et germen eius luminat nos sedentes in tenebris.

¶ Construe. Hec scilicet genitura/per annam.id est maria virgo existēs radix fecunda.id est expers immunis/et immaculata/cunctis illecebris.id est omni macula et peccato/geminat.id est gignit/parit et floret: et germen eius scilicet marie/filius luminat.id est illuminat/nos sedentes.id est homines peccatores/degentes in tenebris.id est in vmbra mortis seu peccatis.

Pia mater et humilis/de qua maria prodiit/tuis adesto famulis quos culpa grauis deprimit.

¶ Construe. O pia mater scilicet anna et humilis/de qua.id est ex qua maria scilicet virgo prodiit.id est processit/adesto.id est sis presens tuis famulis (orando ꝓ eis) quos scilicet famulos/grauis culpa.id est ponderosum peccatum nostrum deprimit.id est opprimit torquet.

Iam felix et emerita manes cum summo iudice succurre mater inclyta vt viuamus pacifice.

¶ Construe. Et quia tu sancta anna genuisti mariam: ideo tu manes.id est perseueras iam felix/et emerita.id est liberata ab omni vexatione mundana/vel.id est valde merita cū summo iudice.i. xpo nepoti tuo ergo tu inclyta.i. gloriosa mater Anna/succurre.id est subueni tuis nobis: vt viuamus pacifice scꝫ sancta pace.

Vt quicquid hic deliquimus vite per immunditiam/ abstergas illud petimus per diuinam clementiam.

¶ Construe. O sancta anna nos petimus te vt abstergas.id est deponas quicquid. id est omne illud quod deliquimus.i. peccauimus/hic.id est in hoc mundo per immunditiam.id est inpuritatem et maculam vite scilicet nostre: et hoc per diuinam clementiam.id est per dei potentiam scilicet per christum.

Patri natoqꝫ gloria detur cum sancto spiritu qui per anne suffragia conferet nos in exitu.

16124

¶ Cōstrue. Gloria. i. gratia. actio dei patris pio t/nato. i. filio cum spū scō. q. i. deus/cōseruet. i. pregat nos peccatores in exitu. i. in agone huius vite per suffragia. i. petitiones oratorias anime. scē matris marie.

¶ Ad laudes et vtimas vesperas.

Felix anna pre aliis digna laude fidelium mundum repleuit gaudijs per sacrum puerperiū.

¶ In isto hymno laudatur beata anna atque per puerperiū. id est generationē marie filie sue restauratur nobis quod deliciosa eius per peccatum perdidit. &c.

¶ Construe. Felix. i. gratiosa anna existens digna laude. i. dignior pre aliis sanctis mulieribus fidelium: repleuit mundum gaudijs. i. exultationib⁹ per sacrum puerperium. i. generationem virginis marie.

Hec de carnis propagine mariam nobis protulit/ que suo reddit germine/quod eua tristis abstulit.

¶ Construe. Hec felix anna peperit. i. genuit nobis mariā. s. virginē de propagine. id est de lines carnis. i. sui corporis: que. i. maria reddit. i. restaurat nobis suo germine. i. filio iesu. illud quod tristis eua. i. peccatrix abstulit a nobis.

O vas celestis gratie/ mater regine virginū per te precamur anxie/remissionem criminum.

¶ Construe. O anna vas. i. sinus celestis gratie et mater regine virginū. s. marie nos precamur. i. rogamus anxie. i. suppliciter/remissionem. id est indulgentiā criminū. i. peccatorū. supple dari per te. i. per christum propter te.

Memento mater inclyta/ q̄ potens es per filiam et nobis prece solita/procura dei gratiam.

¶ Construe. O inclyta. i. generosa mater anna memento q̄potens es per filiā scā tuam mariam virginem et procura. i. diligentem curam habeat da nobis christi fidelibus gratiam dei. s. iesu nepotis tui soluta prece. i. assidua rogatione.

Tuisq; donet precibus datoꝛ bonoꝛū omnium vt gaudijs celestibus fruamur post exilium.

¶ Construe. q; pro et/datoꝛ. id est attributoꝛ omnium bonoꝛū. id est tam spiritualium q̄ corporalium deus donet nus precibus. id est rogatib⁹: vt nos fruamur. id est vtamur celestibus gaudijs/ post exilium. id est post miseriam et tribulationem presentis vite.

Patri natoq; gloria detur cum sancto spiritu/ qui p anne suffragia conseruet nos in exitu.

¶ Constructio patuit supra in precedenti hymno.

¶ Sequitur hymnus de beata Maria magdalena. Ad vesperas.

Quilaudemus magdalene lachrymas et gaudium/ sonent voces laude plene de cōcentu coꝛdium: vt concoꝛdet philomene turturis suspirium.

¶ Iste hymnus cantat ad festū beate marie magdalene. In quo autor hymnogra phus vult ostendere magdalenā lachrymari amare de obitu sui sponsi xpi de repul-

chꝰ ꝓditionē querendo eum triste suspirantē ad modū turturis colūbe et postea exultantē ⁊ gaudētem de eius p̄senta ꝓsonali. postea vocem hylaritatis sonātem: quare tunc philomene exultantis auicule ⁊ cantātis dulce cōparat. ideo dicit sic.

¶ Construe. (Nos christicole) collaudemus. id est simul laudare debem⁹ lachrymas. id est tristes ploratus: et ꝓ etiam/ gaudium. id est exultationē et hyllaritatem scilz marie magdalene (supple et nostre) voces exultētes plene laude: sonent. id est pangant de concentu. id est conuenientia vocum: et symphonia cordium. s. nostrorum: vt suspirium (quasi sursum spiratio) id est tristicia turturis illius colūbe cōcordet philomene/illi aui gaudēter cantanti. ¶ Nota hoc magdalum quoddam oppidum fuit. Inde magdalenus magdalena magdalenum adiectiue dicitur hinc lazarus magdalenus. Maria magdalena ⁊c. sic ꝙ magdalena sumit per quandam noticiam ꝓ maria peccatrice. Item dicitur hec magdalene in nomia tiuo: genitiuo magdalenes more grecorum. ⁊c.

Iesum querens conuiuarū turbas nō erubuit pedes vnxit lachrymarum fluuio quos abluit crine tersit et culparum veniam p̄meruit.

¶ hic hymnographus vult innuere ꝙ maria magdalena intrauit domū Symonis pharisei ⁊ leprosi non vocata: nec timuit conuiuas. i. vocatas ad prandiū ꝓpter multam dilectionē xp̄i: ⁊ p̄iam agendam. ¶ Construe. Maria magdalena querens iesum. i. xp̄m non erubuit. id est nō timuit vel verecūdata fuit turbas. i. gentes et homines conuiuaꝝ. id est in cōuiuio existentes/et vnxit scilz vnguento nardipistici pedes christi: quos ꝙz pedes maria abluit. id est lauit fluuio lachrimaꝝ. id est guttulis oculorum suorum: et tersit. id est siccos fecit crine. id est crinibus capitis sui. ⁊ ex hoc promeruit. id est merito obtinuit veniam. id est remissionem culparum. id est peccatorum suorum.

Suum lauit mūdatorem riuo fons immaduit/ p̄tū fudit flos liquorem in ipsum refloruit/celum terre dedit rorem terre celum compulit.

¶ Plus igitur penitens mulier pascebat intus christum q̄s pharisеus foris. Sup conuenienter igitur ingressa est: nonnulla venit inter epulas obtulit lachrymas. Ideo dicit prout sequitur.

¶ Cōstrue. Maria magdalena lauit suum mundatorem scilicet christum (a quo ipsa fuit mundata a vitijs) et fons scilicet salutis immaduit. id est fuit madidus et flos refloruit in pium liquorē et fudit pium liquorem: scilicet in cor marie magdalene: nam celum dedit terre rorem. i. sublimen et raram pluuiam. id est christus dedit marie gratiam: et terra compulit. id est pluuia mitigauit celum celestem regem (contentum ꝓ continente figuratiue.)

In p̄dulci mixtione nardum ferens pisticum in vnguenti fusione typum gessit mysticū/ vt sanetur vnctione vnxit egra medicum.

¶ Dicit autor ꝙ maria magdalena in illa p̄dulci mixtione. i. salubri qua christū vngere volens in domo Symonis ferens nardū pysticum. id est vnguentum aromaticum ex omni bono medicamine ⁊ odore cōfectum gessit. id est habuit mysticum typum. id est secretum diuinum seu statum ⁊ figuram in fusione. i. in spargendō vnguenti supra xp̄m (et est typus mysticus sic) quia egra. i. maria magdalena peccatrix vnxit. id est immaduit medicum scilicet christum (qui dicitur verus medicus) vnctione. s. nardi pystici: vt ipsa sanetur. i. medicetur ab ipso a vicijs corporalibus. ¶ Nota hec nardus/ di. herba est spicosa et aromatica fragili radice ⁊ nigra foliis densa: quarum simmitates cōsurgunt in spicas. Inde hoc nardum di-

16124

tum r vnguentum: et additur piscium. id est purum et fidele.

Pie christus hanc respexit speciali gratia: quia multum hunc dilexit dimittūtur vitia christi quando resurrexit facta est prenuncia.

¶ Cōstrue (Illam igit magdalenā credim⁹ esse de qua marcus testat: septem demonia erecta fuisse: r qr turpitudinis sue maculas aspexit lauāda cucurrit ad fontē mie. i. xp̄m igit) xp̄s aspexit hanc. s. magdalenā/pie. i. clemēter speciali gr̄a. i. oculis mie: ideo vitia. i. pcā dimittunt. s. alli: qr dilexit hunc. i. xp̄m/multum. i. maxime (et depost illa) est facta prenuncia christi. i. nunciatrix quando resurrexit.

Gloria et honor deo qui paschalis hostia agnus morte pugna leo victor die tertia resurrexit cum tropheo mortis ferens spolia.

¶ Cō. Glia r honor sit deo tq. s. xp̄s vt paschalis hostia r agn⁹ morte. i. mortu⁹ p nob: r vt leo victor pugna. i. pugnādo ptra dyabolicā plātem resurrexit tertia die cū tropheo. i. triūpho: et ferens spolia mortis. i. spolium ferit ad inferno dyaboli.

¶ Ad matutinas hymnus.

Estimauit ortulanum/et hoc sane credidit/seminauit enim granū qđ in mentē cecidit/linguam mouit et non manū linguam christus indidit.

¶ Iste hymn⁹ canitur de sancta maria magdalena: qr post resurrectionē illa querens christum in sepulchro: quo nō inuento/circuēs fiendo: tūc xp̄s apparuit illi in forma ortulani: et ideo dicit hymnographus sic. ¶ Cōstrue. Ipsa magdalena estimauit eum fuisse ortulanum: et hoc sane. i. firmiter credidit/enim pro quia ipse ortulanus christus: seminauit granū. i. semen quod cecidit in mentem. s. magdalene illa nouit linguam dicendo. Domine si sustulisti eum dicito michi. et xp̄s indidit. id est imposuit: siue forsas emisit linguam. s. magdalene et non (dico) non mouit manum. s. ad xp̄m: quia dixit noli me tangere. ¶ Nota q ortulanus per u/et sine aspiratione (vt ortus) scribitur antiquitus. hortolanus vero cum aspiratione et o (vt hortus et holus) modo moderni doctores scribunt: ideo elige et tu.

Non agnouit figurale latentem imagine/mentis agrum spiritali excolentem semine: sed cum eam speciali designauit nomine.

¶ Cōstrue. (Supple maria magdalena) nō agnouit latentē. i. abscōditū xp̄m figurali imagine figura hois hortulani excolentē. i. exorantē. agrū mētis cor sine memorie: spirituali semine. i. gratia verbi seu fidei: sed cū pro qñ supple xp̄s designauit id est nominauit eam speciali nomine. s. proprio (Maria mulier noli. rc.)

Hec a iesu iesum querit sublatum conqueritur iesum intus mente gerit iesus presens queritur mentem colit mentem serit iesus nec percipitur.

¶ Cōstrue. hec. s. magdalena: querit iesū ablatū. i. subtractū et alibi sepultū (putabat enim eū fuisse furatū ex sepulchro) r ꝙquerit. i. lamentat a iesu r hoc vo in forma ortulani (dixit enim si sustulisti eū dicito michi) r hec gerit. i. habet iesum int⁹ mēte. i. i corde suo ē presens iesus querit. s. magdalena (supple ille) colit. i. exarat mē

tem.s. magdalene: et fient.i. plantatum mentē.s. mulieris nec ieiunus verus xp̃s percipitur.i. perficit aq̃scitur in forma ortulani.s. a maria magdalena.

Ieiu bone ieiu pie quid te monstrans latitas quid occultas te marie mētem cuius habitas in tus plenabera die nescit nisi veritas.

¶ Construe. O bone ieiu/o pie ieiu/quid.i. ad quid/tu monstrās.i. ostendēs te sub forma ortulani/latitas.i. occultas te ieiunum ipsi magdalene/quid.i. ad q̃d tu occultas.i. abscondis te eternus per visum marie cuius mentē.i. pectoris habitas. nam ipsa intus plena vero die. sed nescit eternus nisi veritas supple aperiatur et pateat. Aut seqũs nescit vbi veritas supple sit.

O q̃ mire ieiu ludis his quibus diligeris: sed cum ludis nō illudis nec fallis nec falleris sed excludis quos includis notus non agnoscēris.

¶ Construe. O ieiu q̃ mire.i. mirabiliter ludis.i. iocunderis eū his quibus.i. a quibus diligeris: sed eū pia quando tu ludis non illudis.i. non decipis eos nec falleris sez aliquos/nec falleris.i. nō deciperis a quibus sis/sez tu expendis.i. excusas illos quos includis.i. quasi eligendis in tua gratia: et tu es notus secundum humanam carnem/nec agnoscēris. id est percēperis secundum diuinitatem.

Gloria q̃ honor tibi spes vita lux anime/per quem sperant se proscribi libro mortis pessime/presēt tibi nos ascribi libro peccatricis lachryme.

¶ Construe. Gloria et honor sup. sit tibi.i. deo o spes nostra vita et lux anime nre per quē.s. deū boies xp̃iani sperant sese proscribi.i. apud a scriptura remanere.s. in libro mortis pessime.i. inferni/et lachryme.i. gutte peccatricis.s. magdalene presentē.i. damnos xp̃ianos/ascribi.i. annumerari tibi.i. in libro vite.

¶ Ad laudes et secundas vesperas.

O maria noli flere iam non queras alium ortulanus hic est vere q̃ colonus mentium intra mentis ortum quere mentis operarium.

¶ Construe. O maria sez magdalena noli flere/nō queras.id est intendas alium iam temporis nisi presentem. hic est ortulanus vere.id est verax/et colonus.id est agricultor seu orticula mentium sez fidelium/et quere operarium sez iesum verus intra ortū.i. septū/mentis.id est cordis tui. ¶ Nota ortus ab orior quādo componitur sine aspiratione scribitur: quia in eo semper aliquid oritur. Cum vero ab holus holeris. quia continet holera retinet/h̄ p̃m aliquos.

Unde planctus et lamentū quid mentem non erigis quid revoluis monumentum tecum est quem diligis iesum queris et inuentum habes nec intelligis.

¶ Construe. (O sancta magdalena) vnde planctus.id est ploratus/et lamentum: id est lamentatio.i. quare ploras/quid.id est ad quid non erigis. id est furtim regis/mentem fallaci via/quid.i. ad quid/revolvis.id est volues monumentum. id est sepulchrum/ipse est tecum quem diligis. tu queris iesum et habes inuentum scilicet in corde/et nec intelligis.id est non sapis.

16124

Unde gemis vnde ploras verum habens gaudium/
in te latet quod ignoras doloris solatiū: intus habes
queris foris languoris remedium.

¶ Construe. (O maria magdalena) habēs ver. gaudiū/vnde.i.cur/gemis.i.suspi
ras/vnde.i.quare ploras(nam)solatium.i.remedium doloris/latet.i.abscōditur.
in te quod ignorasset tu queris foris scilicet in monumento remedium languoris
scilicet christum:et habes intus scilicet in mente christum.

Jam non miror si nescisti magistrum dum seminat
semen quod est verbum christi te magis illuminat et
rabboni respondisti cum mariam nominat.

¶ Construe. (O maria magdalena) ego non miror si nescisti.id est nō nouisti ma-
gistrum tuum (iam temporis) dum seminat vt ostulauus: sed pro tamē/semē illud
quod est verbum christi illuminat te magis/cum.id est quando/ipse nominat.id
est vocat te mariam/respondisti rabboni.id est magister mi vel rabbi.

Pedes christi quos lauisti fonte lota gratie quam ab
ipso recepisti funde rorem venie/resurgentes quem
vidisti fac consortes glorie.

¶ Construe. (O maria magdalena) tu lota.id est munda fonte gratie scilicet xpi
lauisti pedes christi quem scilicet fontem gratie tu recepisti ab ipso scilicet christo
funde.id est infunde nobis/rorem.id est donū/venie.id est gratie.resurgentis scili
cet christi: quem tu vidisti in orto seu via: et fac nos consortes. id est concives glo-
rie scilicet christi: et hoc per tuas preces et tua merita.

Gloria & honor deo cui⁹ pfert gra inuitāti phariseo
marie suspiria: cenā vite qui dat reo gre post prādia.

¶ Cōstrue. Gloria et honor. idest laus sit deo scilicet omnipotenti. cuius gratia.id
est virtus gratiosa/prefert.id est preponit: hoc est illi magis placet/suspiria.id est
trenose lamentationes marie peccatricis (inuitanti phariseo symoni) qui scilicet de
us dat cenam.id est requiē vite scilicet eterne nobis post prandia.id est post cor-
ruptionem diei gratie scilicet diuinitatis.

¶ Sequitur hymni de sancto spiritu. In die penthe
coses ad primas vesperas. Jam christus astra. ꝛc.
Et similiter iste. Impleta gaudent. isti hymni exposi
ti sunt supra. folio. xxix.

¶ Per hebdomadam hymnus.

Beata nobis gaudia/anni reduxit orbita/cum
spiritus paraclytus/effulsit in discipulos.

¶ Autor de isto hymno declarat sup verbo apparuerunt aplis. ꝛc. dispūte lingue
tanq̄ ignis. Postq̄ apparentibus linguis igneis im⁹ facta sunt corda flāmāta cur
be credentes eos fuctare crupalis multi. ¶ Iste hymnus cantā infra octauas pen
thecostes per hebdomadā. Declarans qualiter spiritus sanctus repentino sonitu
super discipulos venit: z mentes carnalū in sui amorē permutauit. ¶ Cōstrue. Or
bita.i.circulus anni/reduxit.i.iterū ad solemnizandū duxit nobis.s.xpicolis/beata

gandia.i.gloriosas exultationes.i.in spūs sanctificō pro qñ spiritus paraclytus id est consolator almus/effulsit.id est resplenduit in discipulos scilicet eptūs.

Ignis vibrante lumine/lingue figuram detulit verbi vt essent perflui/et charitate feruidi.

¶ Cōstrue. Vibrāte lumine.i.resplendēte gra spūs ignis quē effulsit spūs sctūs in discipulos/detulit.i.habuit/figurā.i.dispositionē/lingue.i.naturalis/vt discipuli essent pflui verbis.i.procul seminantes verba sub diuersis paratibus linguaꝝ.et supple essent feruidi.id est feruentes et calidi in charitate scilicet diuina.

Linguis loquuntur omniū pauent turbe gentilium multo madere deputant quos spiritus repleuerat.

¶ Construe. Sup.discipuli feruidi in charitate loquunt linguis olim scz populoꝝ turbe gentiliū.i.hoies diuersaꝝ nationū/pauēt.i.p auorē habēt:qz nūqz talia audiuere inde deputant.id est credunt illos madere multo.id est humefactos nouo vino quos scilicet discipulos spiritus sanctus repleuerat gratia.

Patrata sunt hec mystice / pasche peracto tēpore/sacra dierum numero quo lege fit remissio.

¶ Construe. Peracto pasche tpe.i.xpo resurgēte:hec sūt patrata perfectē terminata mystice.i.figurate/sacro numere dierum scilicet quinquaginta.s.penthecostes quo scz tpe fit remissio ex lege in veteri lege figurato.

Te nunc deus pissime/vultu precamur cernuo/illapsa nobis celitus/largire dona spiritus.

¶ Cōstrue. O pissime deus nos precamur.i.rogam⁹ te nunc tpis/cernuo vultu.i. humili voluntate et voto(per vultum hominis voluntas animi ostenditur)largire id.est concede nobis dona spiritus sancti/elapsa.i.emissa/celitus.i.diuinitus.

Duduz sacrata pectora/tua replesti gratia/dimitte nunc peccamina et da quieta tempora.

¶ Cōstrue. O deus tu replesti.id est repleuisti tua gratia spiritus sancti amore/sacrata pectora.id est sacra corda apostolorum/dudum.id est diu temporis/dimitte.id est indulge nunc temporis/peccamina.id est nostra peccata:et da nobis quieta.id est tranquilla tempora scilicet vite eterne.

Sit laus deo patri.&c. vt supra.

¶ De sancto vincentio martyre.

Christi miles gloriosus leuita vincentius/vt tribunal sponte rogum conscendit intrepidus cuius salis crepitantis per corpus minutie.

¶ Iste hymn⁹ camē ad laudes et stās vesperas de scō vincētio. In quo hymnographꝰ vult ostendere martyꝝ eꝰ pallium esse sub daciano presside gentile et sacrilego. Declarās quō fortius vincētius dei athleta candētis ferri machinā seu rogū vltro ascendit et ad tribunal(vt victor et miles xpi p fessione alacrē excurrit)et quasi iter rotquet/si agellat/et exurit:et quō leuita vincentⁱ dyaconꝰ arcē accepit. Similiter quō salis ignibꝰ sparsim crepitantes minutie per membra eiꝰ diffluūt et tñ dem inter hec ota tormēta manet dei seruꝰ immotꝰ in celū erectis oculis xpm precabat quō d̄. ¶ Cō. Christus.i.unctyꝰ miles xpi vincentⁱ leuita(A leui filio iacob. Leuita hebraice/dyaconꝰ grece/minister latine dr)intreptus.i.nō timēs/tōscen-

16124

dit.i.ale dit/sydus.i.volitare/rogū.i.ignē pro ipso facto/vt.i.sicut fecit ad tribu e nal.i.iudicii Daciam presidis(aduerte constructionem).

Sparsim ibant atq; pume bernabātur sanguine inter hec manet immotus ille dei famulus ozans xpm in sublime erectis luminibus.

¶Construe. Per cuius.i.vincentij corpus minutie.id est parue particule seu portiones crepitantis salis.id est sonantis z crepitum facientis dum cremantur/ibant id est iutrabant/sparsim.id est spergendo/atq; pro et/pume.id est carbones yni z recentes/vernabantur.idest splendebant sanguine.scilicet martyrij pre ardore illo scilicet martyr dei famulus/manet.i.perseuerat immotus inter hec scilicet martyria,sed rectus in numbus.s.i.in sublime.i.in celum ozans christum.

Gloria et honoz deo vtrozquo altissimo vna patri filio oz inclyto paracyto/cui laus et potestas in sempiterna secula.Amen.

¶Cōstructio est plana.Gloria et honor vtrozquo sit deo altissimo/vna.i.equaliter patri et filio et inclyto paracyto.i.glorioso spiritui sancto.i.trino et uno personis/cui.s. yni deo soli est laus et potestas per eterna secula.Amen.i.ita fiat.

¶Finis.

¶Sequitur tabula hymnozū precedentiū secundum ozdinem alphabeti.

A solis ortus cardine folio.v.
A patre vnigenitus vi.
Andreas pie sanctorum xi.
Ales dei nuncius xv
Aurora iam spargit xix.
Audi benigne conditor xxi.
Aurora lucis rutilat xxvi.
Ad cenam agni xxvij.
Adesto sancta trinitas xxx
Aue maris stella. xxxiij
Aurea deser. xxxvij.
Aurea luce xxxv
Almifice custode seculorum xxxviij
Ante mater anna l.
¶Beata nobis gaudia lij.

¶Conditor alme syderū ij
Christe redemptor omnium xij
Custos paterni luminis xiij
Celi deus sanctissime xvi
Christe qui lux es. xx
Clarum decus ieiunij xxij
Cultor dei memento xxiij
Crux fidelis. xxv
Chorus noue hierusalem. eodem
Christe sanctorum decus. xxvi.
Christe redemptor olim cō. xxvij.
Celestis formam glorie. xiv.
Collaudemus magdalenē li.

Christi miles glorioiosus liij.

¶Deus creator omnium. vi
Deus tuorū militum. xxxix.

¶Eterne rerum conditor. viij.
Ecce iam noctis. ix.
Eterni celi gloria. xviij.
Ex more docti mystico. xix.
Ecce tempus idoneum xxi.
Eterne rex altissime xxvij
Exultet celum laudibus xxxviij
Exultet cor precordijs. xlvi
Eiusmodi ostilamnis liij.

¶Festum matris gloriose. xlviij.
Felix anna pre aliis. l

¶Gloria laus et honor. xli
¶Gallis herodes impie. v.

¶Iam lucis orto sydere. x.
Immense celi conditor. xiiij.
Iesu quadragenarie. xxij.
Iesus saluator seculi xxvi
Iesu nostra redemptio. xxviij.
Iam xps astra ascenderat xxix.
Iesu saluator seculi redēp. xxxvij
Iste confessor. xl.

Tabula.

Jesu redemptor omnium. xl.
Jesu corona virginum xlii.
Jucundus nimis. xliij.
Jesu quicunq; memoria. xxxiij.
Jesu auctor clemencie eodem.
Jn anne puerperio. li.

¶ Lucis creator optime xl.
Lux ecce surgit xxvij.
Lustra sex qui iam peracta. xxxv.

¶ Magne deus potencie. xvij.
Martyr dei qui unicum. xxxviij.
Mundi salno aduture xlij.

¶ Nocte surgentes ix.
Nunc sancte nobis. x.
Nox et tenebre xvi.
Nox atra rerum. eodem.

¶ O pater sancte mitte. xxx.
O lux beata trinitas xxxi.
O gloriosa domina. xxxij.
O ꝙ gloriosa. xxxvi.
O salutaris hostia xlvi.
O nata lux de lumine eodem.
O salutaris fulgens xlix.
O maria noli flere. lij.

¶ Primo dierum omnium lvj.
Plasmator hominis. xvij.
Pange lingua gloriosi prelium. xxxij.
Pange lingua gloriosi corporis. xlviij

¶ Quod chorus vatum. xxxij.

Quem terra pontus etherea. eodem.

¶ Rector potens x
Rerum deus xi.
Rerum creator optime xv.
Rex gloriose martyrum. xxxx.

¶ Saluator mundi domine v.
Sancte dei preciose xij.
Somno refectis artubus xiij.
Splendor paterne. eodem.
Summe deus clementie xx.
Summi largitor premij xx.
Sermone blando xxvij.
Sanctorum meritis. xxxx.
Salue festa dies xliij.
Sacris solemniis eodem.

¶ Te lucis ante terminum. iij.
Telluris ingens. xv.
Tu trinitatis. xvij.
Tu christe nostrum gaudium. xxx.
Tu christe splendor xxxvi.

¶ Vox clara. iiij.
Verbū supernum prodiens a patre iij.
Vem redemptor gentium iij
Vexilla regis prodeunt xxij.
Vem creator spiritus xxx
Urbs beata hierusalem. xxxi.
Ut queant laxis xxxij
Virginis proles xl.
Verbum supernum prodiēs nec patris linquens. xlv.

¶ Habes lector emendationes hymnoꝝ scḝm vsum (vt dicit) Sar. diligenter castigatas ⁊ auctas. Impressas Londonij per wynandum de. Worde cōmorantem in vico vulgariter nuncupato (the fletestrete) in signo solis. Anno dñi. M. cccc. et. xij. viij. die mensis Maij. Deo sint grate. Amen.



16124

Expolitio lequentiaꝝ totiꝰ anni lcdm vlum Saꝝ diligentiſſime recognitarum multꝭ elucidationibꝰ aucta. Impꝛeſſa p Wynandū de Woꝛde hac in vꝛbe in parro chia lctē bꝛigide i vico anglice nūcupato (the fleteſtrete) ad ſignū ſolis ꝛmoꝛantē.